
6
26 N
37

DE BENEDICTIONE DOMINI TERRA EIVS. DE POMIS CÆLI
Deut. XXXIII vers. 13.

ARBORETVM GENEALOGICVM

ANNOTATIONIBVS IN ARBORES SINGVLAS ILLVSTRATVM

EXHIBENS OMNES FERE IMPERII PRINCIPES ET EVROPÆ HODIE REGES LINEA RECTA DESCENDENTES

A

RVDOLPHO I. IMPERATORE

ROMA

COLLECTVM
A
R.P. IOANNE GANS
SOCIETATIS IESV
THEOLOGO.

COLONIÆ AGRIPPINÆ
APVD IOANNEM KINCHIVM
A. M D CXXXVIII.



Pertinet ad Cont.to d. prior de Vrbe



AVGVSTISSIMO
ROMANORVM IMPERATORI
FERDINANDO III.
SECVNDI FILIO.
PRIMI PRONEPOTI,

GERMANORVM, HVNGARORVM, BOHEMORVMQVE REGI, ARCHIDVCI AVSTRIÆ, &c.

DOMINO SVO CLEMENTISSIMO Pacem.





ARBORETVM, quod Augustissimæ M.ti V.æ ante biennium Budvvicii obtuli, iterum adiunctis, quas tunc desiderabat, annotationibus, ijsdemque verbis humillimè sisto: speroque futurum, vt radijs Romanæ M.tis, quam interea gloriosis meritis, Orbe applaudente consecuta est, affulgentibus, omnes arbores in oliuas excrescant, citiusque aureum illum optatissimæ pacis fructum, ad quem vnicum ferendum plantatæ sunt, in toto Imperio producant. VVernerus olim Moguntinus Archipræsul inter alia pro RVDOLPHO Tritaui tui gloriosissimo Atauo, præ alijs Regibus, & Principibus Imperij Candidatis, eligendo hoc proposuit Argumentum: *ad colligan-*

primæ (ſecundum noſtra horologia) initium, ferrum in cruce pati cæpit: vbi tertia ſonuit, pati deſijt. Sub primi quoque FERDINANDI initia Ferrum in Germania graſſari cæpit; TERTIA in te ſonat, ferrum eliminetur, naſcatur FRIDERICVS. Neque in hoc augeſcentis famæ, nominiſque tui detrimentum time; exigua opus eſt metatheſi, duæ ſolum trans ponendæ ſunt literæ, & ex FERDINANDO FRIDENANDVS appellaris. Hoc Tibi ab Imperio, orbeque pacato nomen, has Germaniæ diuitias ex animo precor, voueoque.

Viennæ 15. Martij, Anno M. DC. XXXVII.

S. C. M.[tis] V.

Humillimus Capellanus

IOANNES GANS è
Societ. IESV.



APPROBATIO.

EGo MICHAEL SVMERCKER *Prouincialis per Prouinciam Austriæ Societatis JESU, potestate ad id mihi factâ ab Ad.*[m] *R. P. Nostro Mutio Vitellesco Societatis Nostræ Præposito Generali, facultatem concedo, vt* Arboretum Genealogicum *exhibens omnes ferè Imperij Principes, & Europæ hodie Reges lineâ rectâ à Rudolpho I. Imperatore descendentes, à* P. IOANNE GANS *Societatis nostræ Theologo collectum, & Annotationibus illustratum, Doctorumq́; virorum judicio approbatum, typis mandetur. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, & nostri Sigillo officij munitas dedimus. Labaci 19. Maij 1637.*

MICHAEL SVMERCKER.




FACVLTAS R. P. PROVINCIALIS.

EX Priuilegio Sacræ Cæsareæ Maiestatis, Nostræ Societati pro libris edendis concesso, Ego PETRVS RVIDIVS Soc.[tis] IESV per Rheni inferioris Prouinciam Præpositus Prouincialis, IOANNI KINCHIO Typographo Coloniensi potestatem, ab Admodum R. P. N. Mutio Vitellesco acceptam, facio excudendi *Arboretum Genealogicum* exhibens omnes ferè Imperij Principes, & Europæ hodie Reges lineâ rectâ à Rudolpho I. Imperatore descendentes, operâ P. IOANNIS GANS Societatis nostræ Theologi collectum, & Annotationibus illustratum. In cuius rei fidem hoc ei testimonium manu meâ subscriptum, & Sigillo munitum dare volui. Coloniæ Agrippinæ 28. Augusti, Anno 1637.

PETRVS RVIDIVS.




PRAEFATIO AD LECTOREM.




Rimis novem Arboribus primam cuiusq; familiæ Principis, quas inuenire licuit, coniunctionem cum Austriaca Domo, earumque in Annotationibus origines exhibeo. Sequentibus quatuor proximam siue vltimam cum eadem subijcio consanguinitatem: atq; in his eas tantum personas, per quas sanguis deriuatus est; in prioribus verò etiam coniuges harum apposui, illas tamen, ad distinctionem, primo loco, & maiusculis. Hinc facilè seruatis regulis cōmunibus de rectâ, & transuersâ lineâ (quòd *nimirum* tot inter se in hac distent gradibus, quot is, qui maxima à communi Stipite, & in ea quot quisque ab altero distat) *deprehendes, in quoto quisq; Principum gradu Imperatorem Romanum contingat. Facilè item quisq; Principum, Comitum, aliorumq; Dynastarum cum Rudolphi posteris Coniunctionem, & ab ipso originem ex diuersis Arborum ramis, atque coniugijs deducet. Porrò, vt amplius VVerneri Moguntini Electoris dictum confirmatum, & connubiorum Austriacæ Domus felicitatem videas, decimam quartam Arborem adieci; præcedentibus, Reges & Principes ab Habsburgicis deduxi; hac, modernos Habsburgicos ab antiquis Regibus & Principibus deduco, ac natos Regnorum suorum atque Prouinciarum Dominos ostendo. Vt verò omnia clariora euadant, annotationibus breuibus, vt apud diuersos authores reperi, illustraui; Quare si quid fortè grauius dictum videatur, illis, non mihi imputabis. Pacem quæro, non offensam. Vale & boni consule.*

ARBOR I.



ARBOR I.
Exhibens prolem Masculam RVDOLPHI I
Hodieq; Viventes Austriæ Archiduces
Philippus Augustin.
Maria Anna
Fer: Franciscus.
Philippus Balthasar
Caecilia Ladislaus R: Polo:
Christina infans mortua.
Leopold. Wilhelm.
Ferdinand. III. Imp.
Maria Infa: Hisp:
Philipp. 4. R. Hisp:
Anna Maria R. Gal:
Ferdinand. Card:
Carolus m. 1632
Alphons. infans obyt
Andreas Cardin:
Carolus M. Burgou
Leopoldus m. 1632 Claudia
Maximilianus
Ferdinandus II. Imp.
Carolus Ord: Teut: Magister
Ferdinandus Infans m.
Margare Sorores 8
Philipp. 3. R. Hisp:
Ferdinandus Iacobus Carolus Sorores 2.
Iohannes Infans mort. Sorores XI.
Ferdinand. A. A. C. Tyrol: Philippina.
Carolus m. 1590. Maria F. Albert. D. Bav:
Maximi: Fridericus Carolus
Venceslaus Albertus
Rudolphus et Matthias 1. Imperatores
Anna Sorores 2
Philipp. 2. R. Hisp: et 3. Sorores
Ferdinand. C. Flandriæ puer obyt
Iohannes Austriacus et 2. Sorores
Maximilianus 2. imp: Maria F. Carolus
Maria et Sorores. 8.
Anna Hæres
Ferdinand. I. Imp. m. 1564
Carolus. 5. Imp: m. 1558. Isabella F. Em: R. Port:
Philipp. I. R. Hisp: 1506. Iohanna F. Ferd: Cath: R. Hisp:
Georgius
Ladislaus
Maximilianus I. Imp: m. 1519. Maria F. Car: Au: D. Burg:
Christoph ante Patrem obyt
Iohannes
Elisabeth Casimirus R. Pol:
Georgius
Ladislaus Posthumus R. Vng:
N. Filius sepultus Tridenti 1484.
Fridericus 4. Imp: 1493. Leonor. F. Eduardi R. Port:
Albertus
Rudolphus
Sigismund. Simplex m. 1497.
Albertus 2. Imp: m. 1439.
Ernestus Ferreus
Vilhelmus Ambitiosus m. 1407.
Leopoldus Mathematicus
Leopoldus
Leopold. Crassus m. 1411.
Fridericus Senior m. 1490.
Albertus cum trica m. 1395.
Rudolphus magnanimus m. 1365.
Fridericus Splendidus m. 1362.
Albertus 2. Sapiens. 1358 Iohanna Co. pfirt.
Leopoldus Equitum Gloria m. 1346.
Fridericus pulcher R. Rom m. 1330.
Rudolphus vitis R. Boh. m. 1307.
Heinricus Comes m. 1327.
Otto Audax D. Stiriæ m. 1339.
Albertus I. Imp. 1308. m.
Hermannus 2
Iohannes
Fridericus
Hermannus
Carolus puer obyt
Rudolphus anno 12 æt: m.
Filiæ 9
Rudolph. 2. R. Boh. m. 1303
Rudolphus I. Imp: m. 1291. Anna F. Alb: C. Hochb:



ANNOTATIO IN ARBOREM PRIMAM, *Quæ* EXHIBET PROLEM MASCVLAM RVDOLPHI I. IMP. HABSBVRGICI, HODIEQVE VIVENTES AVSTRIÆ ARCHIDVCES.

DVo naturæ artificia in gloriosissima RVDOLPHI posteritate aduerto: primum est, quod maioratum, quem posteriora tempora Augustissimæ domui persuaserunt, natura ipsa sub Imperialis dignitatis initia instituisse, & suasisse videatur, quando nimirum ex tam multis filijs, vni tantum, defunctis fratribus bona contulit, & Stemmatis propagatorem effecit. Alterum est, quod ex multis filiabus, quatuor tantum elegerit, per quas Imperialem sanguinem in alias familias deriuaret. Scilicet sicut Rudolphus manu sua Imperij pomum complectebatur, ita Principes eiusdem quinque quasi digitis, filio Alberto tanquam pollice, & quatuor filiabus tanquam reliquis digitis, infirmioribus complecteretur, sibique adstringeret, hoc sequentibus Annotationibus, illud singulos Rudolphi filios percurrendo clarius euadet.

RVDOLPHVS Imperator natus Patre Alberto tertio, cognomento Sapiente, & exulatore, Comite Habsburgi VIII. Primus enim (vt veram horum originem paucis interponam) fuit Ratbothus frater Werneri Argentinensis Episcopi, restauratoris Ecclesiæ eiusdem, & Murensis Cœnobij cum fratre, & huius Coniuge Ita Auctoris; sumptus hic pro Habsburgo condendo fratri dederat, vnde & in Testamento suo (quod Guillimannus ex Autographo Murensi refert, *p.*144.) se fundatorem Castri Habsburgi nominat, Anno 1027. indictione prima, regnante Conrado Imperat. Vnde fabulosum, quod Albertus Argentinensis *in Chronico* de duobus fratribus Romanis exulibus, quorum senior prædia, Iunior Castrum Habsburgum condiderit, quemque pater aliquanto post visitarit, & animosam ipsius nobilitatem atque industriam in hoc commendarit. Hoc enim Wernero cum fratre suo Rathbodone contigit. *Rapbael Vol. l.23. anthropologia* Comites illos Auentini montis facit, prope lacum Lucernensem, & Perleones, ac Castrum inde Auenburgum quasi Auendi oppidum vult appellatum; vel ab Accipitre, qui dimissus captâ prædâ in eo monte constiterit. Sequuntur hunc multi, & ante alios Arnoldus Wion *in præfatione arboris vitæ*, vultque per Fridericum primum Ahenobarbum Roma pulsos, quod contra Octauianum Antipapam pro Adriano 4. & Alexan.6. facerent. Vlricus à Clingenberg *in Chronico sui temporis* eadem: Accipitrem tamen dimissum opinatur prope Bruck oppidum, siue pontem Arulæ in proximo Colle. Grauius his omnibus hallucinatur Iouius *libro* 5. *Et in Maximil. I.* dum ad Augsburgum consedisse scribit, quin bene hoc Guilliman. *p.*10. deliramentum appellat. Argentoratensis, cum suis sequacibus, erroris ex eo clarissimè conuincitur; quod Habsburgi Comites longè ante tempora Friderici primi Perleonum expulsoris floruerint, vt ex citato testamento apparet. Concedit tamen Guillimannus, hoc castrum Habsburgicos beneficio Lucernensis Præpositurae, cuius proprietas erat, tenuisse; sed ab hoc primo denominatos negat. Porrò Ratbodo arcis Habsburgi conditor,

ditor, filius fuit Bezonis, vel *vt acta Murensia*, Lancellini Comitis de Vindonissa & Altenburg, Nepos Guntrami Secundi, Pronepos Hunifridi, Abnepos Luitfridi Secundi, cuius frater Hugo & soror Ermentruda mater Rudolphi Regis Burg. Atnepos Luitfridi Primi, & Trinepos Guntrami Primi; Huius verò Pater Rampertus, Patrui Gebbo & Hetto, auus Hettobertus, Proauus Amptinctus, Abauus Ottobertus, de cuius Patre solennis inter Historicos quæstio est. Trithemius, Lazius, Eitzinger, Heutterus, Raschius, Rhoo, Rotmarus, Engerdus, & alij recentiores, hunc Sigebertum nominant, Theodeberti Austrasiæ R. filium, Childeberti Nepotem, Sigeberti Pronepotem, & Lotharij Primi abnepotem; atque ex fuga Herbipoli accersunt; eo enim in habitu Scholari fugisse dicunt, cum fratres occiso parente à Theodorico patruo Metas ducti & ab auia Brunechilde crudeliter necati sunt; Post aliquot verò annos hac, & patruo sublato, à Lothario secundo primi nepote reuocatum, & Ducatu superioris Alemanniæ donatum, sine regio tamen nomine & diademate. Stabius Childericum, Clodouei Secundi filium, Ottoberti patrem arbitratur. Sundheymius Chilperici Regis, & Adouitæ Nepotem, ex cognomine filio Ottoberto facit. Manlius *apud Lazium Gen. Aust. capite 5. lib. 1.* Seniorem adhuc agnoscit, scilicet Lotharij I. ex Ottoberto filio nepotem: licet ipse *in libello suo de monumentis & fundationibus Maiorum Maximil. I.* cum Lazio & Trithemio sentiat; alij Hugoberti Transiurani Ducis, de quo Rhegino *ad Annum* 859. *& sequentes*, Posteritatem Habsburgios credunt. Gebuillerus ab Attico Leudesio patre deriuat, per nepotem Adelbertum, & huius filios; vni enim Luitfrido Kilhudem vnicam Ottoberti Habsburgensis in Romano monte filiam desponsat, & bona: Cumque ex hac prolem non suscepisset, patrueles adoptasse dicit, Hugobertum, Theodibaldum, Eberhardum & Ottobertum, atq. hunc Habsburgiorum, deinde modernorum Conditorem. Hæc verò Guilliman. *lib. 1. cap. 3.* alienissima à veritate, & antiquis scriptoribus *cap. 4.* ostendere conatur. Nullus enim horum ait, Sigeberti illius vel meminit, vti & Belforestius *lib. 1. cap 29.* inquit; maximè vero Aimon non tacuisset, cum alios tunc illustres referat; taceo, quod de fuga, aut Ducatu accepto quidquam prodant. Quod enim Lazius Turonensem de pugna Sigeberti producat, illi iniuriam, publico fraudem & se fabulam facit, de Sigeberto loquitur, qui propè Saogonam fluuium cum Clothario secundo conflixit, & à suis perditus, cum fratre Corbo interfectus, Theodorici filius fuit, non fratris huius Theodoberti. Et certè meminisse eius Gregorius non potuit, cum in rerum natura nondum tunc fuerit; Cū enim Childebertus parens Theodeberti. & Theodorici mortuus esset, testatur Author *Chronici Burg. ad annum Christi* 601. quod ambo sub Tutela adhuc fuerint auiæ Brunechildis, Gregorius verò suam historiam tantùm ad annum produxit 593. Belforestius cit. ait, quosdam esse, qui Merouæum, illum à Brunechilde necatum euasisse dicant, & familiæ Austriacæ auctorem. Melius meo iudicio sentiunt, si Merouæum Theodorici filium à Clothario tanquam patrino seruatum, atque in Neustriam abductum, in Gobodo Graffioni commendatum atque ab eo clementissimè nutritum fuisse opinarentur. Addo non displicere, quod Chron. Burg. *ad annum Christi* 618. tradat Childebertum huius Merouæi fratrem fuga elapsum, Stemmatis Habsburgici Auctorem credi posse. Si S. Columbani prophetia non obstaret, quam recitat Baron. *ad annum Christi* 612. ex Iona eius temporis Scriptore: scilicet regnum eius funditus interiturum, & cum omni propagine regia. Adhæc in animum inducere non possum, tam sanctæ Domus initia ex lupanaribus (vt S. Columbanus progeniem Theodorici vocat) emersisse. Neque tamen Guillimanni Velibaldus Vltraiuranus Patricius probatur Ottoberti pater: quin potius ex ipso vnum de regio Lotharij sanguine eum genuisse, sic euincitur. Maiores Rudolphi Elsatiæ superioris principatum, ex eorum in ea factis fundationibus semper tenuisse videntur *lib. 2. cap. 5.* Deinde in eodem sic: *ita quoque Elsatiam, certè superiorem, si non vtramque tenuerunt Burgundia Reges, dum fuerunt. Franci pariter inter Burgundici regni prouincias habuere, donec orta inter Theodoricum Burgundia, & Theodobertum fratrem Austrasia Reges, controuersia, compulsus optimatum vtriusque regni iudicio Theodoricus, Comitatibus Alesatio & Sugitensi* &c. *fratri cōcederet, Aimone teste.* Ergo secundū Guillimannū Ottobertus Elsatiæ fuit Lādgrauius, itemq; ante Theodoricus & Theodobertus fratres, ac post horū internecionē Lotharius. Quare vel ab hoc eā accepit Ottobertus, vel pater eius. Non ille, cū nemo authorum (vt Guil. argumentatur) hoc de illo prodat. Ergo Pater. Non Velibaldus, cum titulo hoc vbiq; careat, & patricius tantum vocetur Vltraiuranus. Ergo alius, & hic de sanguine regio, cum talibus (vti Trith. *l. 1. comp. itemq; de orig. Francor.*) prouincias commendarit. Addo quod Paul. Æmil. *in Cloth.* 2. Theodobertum non occisum arbitretur, & fabulam de eiusdem occisis liberis. Credibile ergo valde, vnum ex his paternis bonis à Lothario II. donatum; maximè, cum (vt ille loquitur) exsatiato, aut deposito in omnes odio, parentis veriùs, quam Regis animum induerit, obliuionemque iniuriarum præstiterit, & exegerit. Ad hæc Trithemium illa de Sigeberto finxisse, mihi non persuadeo; præsertim cum tot authores citet, ex quibus suam composuit historiam, quorum aliquis, aut plures hoc ipsum docuerint, vt non malè Theod. Piespordius. Non tacendum, quod Manlius Auendiburgum Sigeberti in Vosago situm, haud procul à Mosellæ fontibus, in monte Romarico collocet. Quod si VVerneri & Rathbotonis maiores, Comites de Habspurgo nominati fuerunt, vt Piespordius ex hoc Epitaphio Ottoberti ad S. Trutbertum apud Guil. *l. 3. c. 7.* (GENEROSVM OTPERTI; RAMPERTI, LVITFRIDI: ITEM HVNIFRIDI, LVITFRIDI, HVGONIS, ET DOMINÆ ERMANDRADÆ, ILLVSTRIVM COMITVM DE HABSPVRG, ALSATIÆ LAND-

GRAVIORVM HVIVS ORNATISSIMI MONASTERII FVNDATORVM HIC SEPVLTORVM EPITAPHIVM) euincere vult; necessario sequitur, hinc fuisse denominatos. Titulos enim à posteris seu minoribus ad maiores trahi, sicut vult Guil. fateor satis insolitum. Deinde in fine instrumenti fundationis, quod Guil huic Epitaphio præmittit, idem est titulus LVITFRIDI, qui in Epitaphio, scil. ILLVSTRIS COMITIS, vt probabile sit etiam idem prædicatum (DE HABSPVRG) in hoc subintelligi, quod in Epitaphio fuit expressum. Denique illud, quod Serrarius *in vita S. Romarici c.*1. docet, idem confirmare videtur: nimirum patrem eius Rumolphum, magnum in aula Theodoberti Austrasiorum Regis fuisse principem, & è Pharamundi Francorum Regis (vti ipse etiam Theodobertus) posteritate. Consanguinei ergo. Et familiare Francis, prima consanguineis suis aulæ officia conferre; ideoq. facile idem illis prædicatum cómune de castro AVENDI, aut HABSPVRG in Vogeso; quo deinde destructo aliud posteri in Ergouia, vti dictum, extruxerunt. Illud explodendum, quod Raschius Ottobertum Sigeberti illius filium, Christianam fidem cum Baptismate à S. Trurberto accepisse scribit. Auus profecto Theodebertus, teste Turonensi *l.*8.*cap.*37. à Magnerico Treuirorum Episcopo de sacro fonte susceptus, dubio procul eandem religionem ad posteros suos transmisit. Hoc apud omnes certum, quod sancto huic viro, quem Manlius fratrem S. Ruperti vocat, vallem illam in Brisiaca, quæ tunc à præterfluente Amne Numaga dicebatur, tradiderit, & sacellum in honorem DD. Petri & Pauli Apostolorum construxerit, ac deinde in eodem illum martyrio affectum collocarit, & sibi quoque monumentum elegerit; sicut & posteri Ottoberti pietatem imitati, multis censibus monasterium illud auxerunt, atque exornauerunt. Dies porro Natalis Rudolphi Primi fuit prima Maij 1218. viginti scilicet annis antequam parens terram sanctam visitaret. & Sarracenorum victor, ac vt Manlius, martyr, ad Accaronem obiret: leuatus ex Baptismo à Friderico Secundo Cæsare, vbi 32. ætatis annum attigit, Ottocari Bohemiæ Regis aulæ, & in bello contra Vngariæ Regem, equitum (quorum centum millia feruntur) supremus Præfectus fuit. Redux ab hoc in Patriam ab Argentinensibus bello suo, contra hostes Dux rogatus, eidemque ob benè confectum, in foro ab ijsdem equestris statua erecta est. Deinde à Tigurinis petitus, idem contra Regensbergensem Dynastam præstitit, eoque confecto Tiguri monasterium S. Augustini condidit. S. Galli Abbas cum Basileensibus martium quoq; animum, & robur Rudolphi experti sunt. Inter hæc anno 1261. ad pontem Arulæ, atq; Habsburgum concessit; vbi venatione se oblectans, eximium honorem Sacerdoti Eucharistiam deferenti habuit: postera die in monasterio Fare (inter quod, & aquas id acciderat) Sanctimonialem propinquam, & ætate grandem visitans hæc audijt: Ego tibi hesterna die superos placatos beneuolos denuncio, proque pietatis officio, rerum tibi posterisque summum in terris honorem, & opulentiæ fastigium adfirmo. Hoc ipsum 1273 anno, mediante eodem illo Sacerdote, tum VVerneri Moguntini Electoris Sacellano, ac Rudolphi continuo Encomiaste accidit, quando ob Archiepiscopi huius commendationem Cæsar electus tertio Kalendas Octobris, & quarto nonas eiusdem Mensis à Zollerano affine talis salutatus, ac feria tertia post diem Diui Lucæ coronatus est, apparente tum supra caput eius in aëre Cruce aureâ, cum & ipse Cruce, non Sceptro Principum iuramenta exciperet. Mortuus 1291. in die Diuisionis Apostolorum, siue 15. Iulij, Germershemiæ, & Spiræ iuxta Philippum Sueuiæ sepultus, Duas Coniuges habuit, primam ANNAM Hochenbergicam Sueuam, & secundam AGNETEM vel, *vt Onuphrius*, ELIZABETHAM Ottonis Burgundiç Ducis filiam, nullosque ex hac liberos prouectæ iam ætatis sustulit: Ex priori verò septem mares, totidemque fœminas; has in sequentibus recensebo, illos mox subijcio ex Heuttero.

LIBERI RVDOLPHI PRIMI ROMANORVM IMPERATORIS.

RVDOLPHVS obijt anno ætatis 12. 1.

ALBERTVS, Cuspiniano in Austria etiam Rudolphus Cognominatus, Primus sui nominis deinde Imperator, & Stemmatis Propagator, coronatus 1298. *vt Laz.* vel vt *Cuspin.* 1299. Mense Iulio, Aquisgrani, in tanta hominum frequentia, vt Albertus Saxo noui Cæsaris affinis pressura hominum suffocatus sit. Duodecies collatis signis Victor, Venenum, etiam oculo amisso, vicit; sed tandem à Nepote, quod diutius Regno Bohemiæ se excludi, & in tutela detineri videret, Amnem Russium traijciens, confossus est, Kalend. Maij, Anno 1308. & Spiræ propè Patrem sepultus. 2.

HERTMANNVS, monasterium Tulnense à Patre inchoatum perfecit & in eo cum quarto natu fratre FRIDERICO Illiberis vterque sepultus. 3. 4.

RVDOLPHVS alter, Dux Sueuiæ, Landgrauius Alsatiæ, Comes Ergouiæ, Aduocatus Turgouiæ, duxit *Agnetem (Onuphrio Elisabetham)* filiam Ottocari Bohemiæ Regis, ea conditione, vt si frater huius VVenceslaus sine hæredibus obiret, ipse in Regnum succederet; quod & factum; cum filius VVenceslaus Iunior Olmutij tribus vulneribus à sicatio confossus esset; sed primo anno à Bohemis, veneno sublatus, filium tantum reliquit IOANNEM interfectorem patrui sui Alberti primi Imperatoris; qua de causa in Italia captus, ac Cæsari Henrico septimo traditus, in monasterium inclusus, innuptus obijt. 5.

HERMANNVS alter fuit, cui iuueni filia Regis Angliæ desponsata, & ad hoc ei Alsatia à Patre tradita; sed antequam conuenirent, in Rheno cum vndecim nobilibus apud Rhinam submersus, Anno 1288. in festo Sancti Thomæ, & Basileæ in summa æde sepultus. 6.

CAROLVS obijt puer, atque ita omnes Rudolphi primi ditiones & Prouinciæ ad Vnicum Albertum, 7.

rum, eiusque filios peruenerunt. Idem porro huius etiam 6. liberis euenit.

LIBERI ALBERTI PRIMI IMPERATORIS.

ALBERTVS ex vnica Cõiuge ELISABETHA, quæ salis coctura prope Gemundam inuenit, viginti vnum secundùm Cusp. Secundum Lazium verò viginti sex liberos procreauit, è quibus 6. Masculi & 5. Fœminæ ad pubertatem peruenerunt, cæteri in pueritia extincti sunt.

1. FRIDERICVS Cognomento pulcher duxit *Elisabetham* Arragoniæ Regis filiam, quæ duas ei genuit filias; ELISABETHAM desponsatam Cæsari Carolo IV. obijtque Anno 1334. quamquam Cuspinianus desponsatam dicat *Ioanni Luzenburgico* Cæsaris dicti Patri. Secunda ANNA duobus ante nuptias orbata sponsis, *Ludouico Romano*, & *Iohan. Henrico* Comite Goricensi, constructo Viennæ è propria dote in honorem Diuæ Claræ Cœnobio, id primo omnium cum sexaginta duabus nobilibus Virginibus ingressa, Anno 1334. Kalend. Ianuarij, diu austeram vitam egit, & tandem cum magna integritatis fama à mundo migrauit. *Altera* Friderici vxor fuit *Cunegundis* Ludouici Bauari Cæsaris, hostis sui acerbissimi filia, quam carcere liberatus duxit, procreatique omnes ex ea filij infantes obiere: Filia ELISABETH *Guntheri* Imperatoris vxor facta est. Cunigunde quoq; mortua, fidem dedit *Elisabethæ* Geldræ, sed morte præuentus, eam non duxit. Quando à Ludouico in pugna victus captusque fuit, liberatus est ope fratris Leopoldi, & duorum Carthusianorum. Obijt disenteria Anno 1330. Idib. Ianuarij, in arce Guttenstein, & in Carthusia MAVRBACH à se constructa sepultus.

2. Alberti filius RVDOLPHVS fuit, secundum Raschium verò primus. Prima vxor eius *Blanca*, Philippi Francorum Regis soror, quæ primo statim anno, id est 1305. ἄτεκνος obijt Viennæ, in Minorũ Cœnobio sepulta. Deinde viduam duxit VVenceslai Iunioris, vt Heutt. *p.15.* vt vero Rhoo *p.74.* maioris, *Elisabetham* nomine, vt idem, & vt Henning. *Rixam*, atque hoc secundum verius videtur. Ideo verò hoc factum, vt per eam, vtpote cui proceres omnes Bohemi valde addicti erant, Bohemiæ sibi Regnum firmaret. Hoc enim Henricus Carinthiæ Dux, ob Annam Sororem Iunioris VVenceslai post mortem Rudolphi Sueuiæ Ducis, siue Senioris filij eiusdem nominis I. Imperatoris inuasit; sed per parentem Rudolphi Iunioris Albertum eius vel electio, vel inuasio irrita reddita, & filius Rex creatus, non tamen diutius quàm vno anno rexit, veneno etiam extinctus; atque ita spatio quatuor annorum præter dictum Henricum, quatuor diuersos Bohemiæ Reges habuisse videtur: VVenceslaum Seniorem 1305. 23. Iunij defunctum, & filium, occisum 1306. 27. Aug. *Rudolphum* deinde *Seniorem* 1307. 3. Iulij, & *Iuniorem* 1308. 28. Iunij, secundum Albitium, & Reusner (& non vt Rasch 1303.) nullis liberis relictis Pragæ sepultum.

3. Secundum Heut. LEOPOLDVS Equitum gloria Cognominatus, ducta CATHARINA Hérici septimi Cæsaris filiâ, ac ea mortua alia eiusdẽ nominis AMADÆI Com. Sabaudiæ filia, vt Hennin. Duas tantum reliquit ex prima filias: *Catharinam* vxorem primam Ducis Schwenichiæ, vel Sueinicij; secundam *Agnetem* Principis Grossæ in Silesia 1. Coniugem, deinde hoc mortuo Baronis Conchiaci in Francia. Henninges primam 1. huic dicit elocatam, ac deinde Henrico quarto ferreo, Duci Saganensi, Agnetem verò Duci Suidnicensi Boleslao nuptam, & viduam ducatum vsque ad 1392. possedisse. Parens Argentorati ex ardente febri obijt 1346. ac Kunigsfeldæ sepultus.

4. OTTO Cognomento pulcher & audax, duxit primò *Elisabetham* filiam Stephani Ducis Bauariæ: Liberi ex ea procreati ante pubertatem è viuis excessêre, matre etiam defunctâ; secundam duxit Cõiugem *Annam* Cæsaris Caroli quarti sororem, è qua editus filius infans obijt. Rasch Annam primam facit Coniugem, & Elisabetham secundam, ac FRIDERICI & LEOPOLDI nomine matrem; Henninges Elisabethæ primæ filiam adscribit cognominem, Eduardo Angliæ Regi desponsatam 1326. sed ante diem nuptijs dictum sponsus obijt 1344. Deinde filium *Fridericum*, natum 1328. & mortuum 1344. Secundæ Annæ solum *Leopoldum* in infantia mortuum tribuit. Mater in nouo mõte Styriæ 1340. sepulta, ibidemque maritus 1345. eiusdem loci, præter Monasterium Augustinianorum, & Monialium ad sanctum Laurentium Viennę fundator. Huic Parochus Calebergus VVigandus à Tyber, & Otto Fuchs eques Franconicus familiares fuerunt.

5. HENRICVS, Raschio secundus, Comis cognominatus, Canonicus ac futurus Antistes Moguntinus, sed mortuo fratre RVDOLPHO, relictis sacerdotijs factus Rex Bohemiæ, donatusque est ab Henrico septimo Cæsare Hæreditate Ioannis Sueuiæ Ducis, Interfectoris Alberti Primi. Obijt verò 3. Nonas Februarij 1327. Bulckæ in Austria, & Kunigsfeldæ in loco cædis Alberti sepultus, nullis neque ex *Elisa* F. Ruperti Palatini, neque ex *Isabella* F. Ioh. Com. Friburgensis liberis relictis.

6. ALBERTVS cognomento Pius, & sapiens, è Canonico Patauiensi post fratrum sine liberis mortem Habsburgi, & aliarum Prouinciarum hæres, ac Dominus: dictus Contractus, ob haustum Venenum à medicis in neruos ob necessitatem diffusum: duxit *Iohannam* Vlrici Comitis Ferrætæ filiam, ac hæredẽ, ex eaq; liberos 6. progenuit paulo fœliciori successu, quàm pater, & auus. Ex duobus enim vsque ad quartam saltem generationem peruenit, tum iterum ad vnum *Maximilianum* Maioratus quasi deuolutus est; Mortuus anno 1358. 13. Cal. Sext. & sepultus in Gemming à se fundato Monasterio, ibidemque vxor quinque annis ante defuncta.

LIBERI ALBERTI PII, PRONEPOTES RVDOLPHI PRIMI IMPERATORIS.

1. RVDOLPHVS qui iuuantibus sequentibus fratribus Viennæ Academiam instituit, ac Cathedrale Diui Stephani templum, cuius fundamenta Pater iecerat, absoluit, primo duxit *Catharinam* filiam Cæsaris Caroli quarti, eaque mortuâ *Margaritham* Henrici Carnotum Ducis, Bohemiæque pro tempore Regis filiam, ac hæredem. Comitatus Cæsarem Carolum IV. in Italiam, Mediolani in flore ætatis, id est, 26. (vt Crux super tumbam eius loquitur) sine liberis veneno (vt quidam volunt) perijt, Anno 13.8. die Dominica post festum Sancti Iacobi, sepultus Viennæ ad Diuum Stephanum in Crypta chori exigua, in medio aliorum Archiducum, auro intertexta materia, ac corio inuolutus, & funibus, vt apparet colligatus, sine dubio, vt commodius veheretur: desuper gladius positus nunc rubigine ferè consumptus.

2. ALBERTVS cum Tricâ cognominatus, condidit arcem Laxenburg, suscepitque è *Beatrice* filia Burggrauij Norimbergensis filiâ ANNAM, vxorem Henrici D. Bauariæ, ac filium sui nominis ALBERTVM AA. mirab ilia mundi dictû quod iuuenis in terram sanctam profectus, mirabilia orbis viderit; Parens Znoymæ ex Venatione, paulò vehementiori, vel vt alij Veneno, & Alui solutione 1395. in decollatione S. Iohannis (vt Crux habet tumbæ imposita) obijt: Requiescit in Crypta Sancti Stephani ad parietem sinistri lateris in descensu primo loco, & desuper gladius, in cuius nodo insignia Austriæ argento insculpta, in ipsâ verò eius superficie insignia Habsburgica. Filius duxit Alberti Bauari Hollandiæ ac Hannoniæ Comitis filiam *Iohannam*, eaque defuncta *Mechtildem* Ludouici Bauariæ Ducis filiam sterilem; dictus etiam fuit Astronomus, ob eius studium & peritiam: perijt Korneaburgi veneno Znoymæ sumpto. anno 1404. die Dominica, & festo exaltationis Sanctæ Crucis; sepultus Viennæ ad Diuum Stephanum ad sinistram Rudolphi, & desuper gladius, è cuius nodo insignia exciderunt. Vnicum reliquit filium sui nominis ALBERTVM, qui Cæsaris Sigismundi filiam *Elisabetham* duxit vxorem, & Socero in Imperio, post Vngariæ & Bohemiæ Regna accepta, successit 1438. Calendis Ianuarij: Coronatus Aquisgrani 8. Idus Ianuarij, contra Turcas mouens ex Melopeponum esu ad pagum Megher, in insula Schütt, die Simonis & Iudæ interijt anno 1439. tribus relictis prolibus. Prima ELISA vxor Casimiri Poloniæ Regis, quem post filij mortem, id est, LADISLAVM Posthumû, Vngariæ & Bohemiæ Regem esse iusserat, Secunda ANNA, vxor *VVilhelmi* Saxoniæ Ducis: Tertius dictus LADISLAVS Posthumus, qui in vxorê ducturus *Magdalenâ* Caroli septimi Francorum Regis filiam, Veneno extinctus est, 19. ætatis, Christi 1447. Pragæ sepultus, succedente Elisa ex constituto Patris in Bohemia & Vngaria; Austria verò ad Fridericum tertium, vel quartum Maximiliani primi Patrem deuoluta. Filius Secundus Alberti Imperatoris GREGORIVS, vti in Cruce plumbea 1435. 16. Februarij ante Patrem obijt, non infans, vt Hen. & alij, sed Adolescens, vt ossa testantur in Crypta Sancti Stephani iuxta Albertum patruum deposita, & gladius tumbæ impositus, rubigine iam ferè absumptus.

LEOPOLDVS dictus Probus, & militiæ decus ad Sempach ab Heluetijs occisus 10. Iunij 1386. relictis ex vxore *Viride* filia Barnabonis Vice Com. Mediolanensis filijs quatuor, & filiabus tribus, vti infra patebit. 3.

FRIDERICVS Liberalis, occisus ab Ernliebo de Pottendorff in Venatione 1362. Aliqui volût, hoc S. Leopoldi Abnepoti Friderico euenisse. Verùm plures hunc in prælio contra Belam IV. Hung. Regem prope Neostadium scribunt occubuisse. Neque lapis sepulchralis ad S. Crucem cum fræno sculptus quicquam in contrarium suadet, quasi hoc à Domino de Pottendorff strangulatus sit; quin potius columnæ prope dictum Neostadium testantur, hunc saucium ab equo delapsum, & tanto spatio protractum, vsque dum equus à fræno & Domino liber profugerit. Chronicon Viennense hunc in Campililiorum monasterio prope patrem docet sepultum. Illud porrò nimis à veritate alienum, quod memoratum Chronicon cum Cuspiniano, hunc Fridericum Liberalem, filium Alberti Pij non agnoscant, atque hic pro eo secundum Leopoldum illi affingat: eundemque tamen mirabiliter cum primo ad Sempach occiso confundat. Versus in Ecclesia Sancti Stephani super ianuam Custodiæ SS. reliquiarum lapidi insculpti, erroris eum conuincunt. 4.

Anno milleno tricent. XL. quoque septem
Sabbto sub terna Fridericus nascitur hora
Alberti natus Ducis Australis, Iohanna
Principis ac terna Sabbti decessit in hora
Viuis ex membris, Idus quarta q, Decembris
Anno Milleno C. ter L. X j. secundo.

Viennæ sepultus, & haud dubiè vnus ex tribus sine inscriptione in Crypta reconditis.

MARGARITHA I. soror huius & Leopoldi, vxor fuit *Ottonis* March. Brandenburgensis, filij Ludouici IV. Imper. vt Henn. p. 201. & vt idem vidua *Meinhardi*, ex fratre huius Ottonis & Maultaschina nati. Otto 1397. mortuus, Meinhardus verò 1364.

Secunda AGNES nupsit Henrico secundo D. Iaurensi.

Tertia CATHARINA Deo Viennæ ad Diuam Claram vitam dedicauit.

LIBERI LEOPOLDI PROBI, ABNEPOTES RVDOLPHI I. IMP.

FVit GVILIELMVS cognomine Ambitiosus, qui Tripolitanos Turcarum obsidione liberauit, è *tribus* vxoribus nullis relictis liberis, obijt 1406. 15 Iulij. Viennæ ad dextram Rudolphi sepultus cum gladio super tumbam. 1.

LEOPOLDVS Crassus dictus, ex *Catharina* 2.

filia Philippi Audacis Ducis Burgundiæ, *vnicam* suscepit filiam N. Comiti Goricensi nuptam, ipse ex Cruris fistula mortuus Anno 1411. in Ferijs Pentecostes, vel vt in Crypta Sancti Stephani 3. Iunij, Princeps proceræ staturæ, vt ex tumba, & ossibus apparet, quæ iacent ad dextrum latus scalæ, quâ descenditur in Cryptam; gladius supra eum positus non reperitur, sed vagina. Atque hinc erroris arguitur *Henn.* dum eum Künigsfeldæ sepultum scribit.

3. FRIDERICVS Comes Tyrolis, à Sigismundo proscriptus, plerasque ditiones auitas perdidit, atque hinc Fridericus mit der lären Taschen dictus, ex *Anna* Brunswicensi vnicum filium genuit *Sigismundum* Simplicem, Tyr: Lauffenbergensem, ac Phirdæ Comitem, item aduocatum Seckingensem; Sueuiæque Landgrauium, qui Carolo pugnaci Burgundo ditiones suas ad Rhenum oppignorauit, cumque è *Catharina* Saxonis; ac *Eleonora* Scotiæ Regis filiabus vnicum sustulisset filium Tridenti in iuuenili ætate sepultum, Maximilianum primum adoptauit, eique omnes Prouincias tradidit, certâ pensione seruatâ. Mortuus deinde 1497.

MARGARITHA prima Leopoldi *filia*, nupsit *Meinhardo* Duci Bauariæ, eoque mortuo *Ioanni* Morauiæ Marchioni, filio Cæsaris Caroli IV. Secunda ELISA vxor fuit *Henrici* Comitis Goricensis. Tertia CATHARINA Conradi Burgrauij Magdeburgici, qui & Comes erat Harticensis in Austria.

4. ERNESTVS Ferreus ab animi & corporis magnitudine vocatus, Bononiæ literis operam dedit, & aui exemplum secutus, sepulchrum Domini inuisit, fratribus sine liberis extinctis, dimissis quoque, vt auus, Sacerdotijs, vxorem accepit *Margaritham* D. Stetini filiam, Cæsaris Sigismundi amitam, sed eâ sine liberis mortuâ duxit *Cimburgim*, Vitoldi Lithuaniæ Principis filiam, quæ ei nouem liberos peperit. Mortuus 1420. (vel *vt alij* 1435.) & sepultus in Cœnobio Rhain in Styria, quod suis donarijs viuus ornauerat.

LIBERI ERNESTI FERREI, ATNEPOTES RVDOLPHI PRIMI IMPERATORIS.

FRIDERICVS, natus 1415. 11. Calend. Octob. Stemma, & bona omnia ad posteros propagauit; à fratre Alberto bellum ei motum est in Austria, & penitus inde pulsus à Matthia Hunniade: quinque annis per imperium cum octingentis equitibus vagatus, pacem vbique composuit, hinc Cæsar creatus 1440. Cal. Ian. & coronatus est. 8. Idus eiusdem: colluuiem Gallorum vulgo die armen Gecken eiecit: Romam, & Hierusalem maiorum exemplo visitauit. Mortuus anno 1493. die 19. Aug. ex 8. Melopeponibus, & aquæ frigidæ haustu Lintzij, postquam 53. annis imperasset. Sepultus Viennæ in insigni à Pronepote Ferdinando primo Imperatore excitato Mausolæo ad sanctum Stephanum 1513. 7. Nouembris.

ERNESTVS innuptus obijt anno 1525. sepultus in templo Parochiali Neostadij.

RVDOLPHVS & LEOPOLDVS cum sororibus ALEXANDRA, & ANNA pueri obiere, & ad sanctam Trinitatem Neostadij sepulti. 3. & 4

ALBERTVS Cognomento mitis, post grauia bella contra fratrem Fridericum, fundauit Friburgensem Academiam, & sine liberis obijt, quarto Nonas Decemb. 1462. Viennæ in medio Cryptæ Sancti Stephani sub lapide quadro sepultus. Cuius inscriptio hæc: *Albertus Ernestus Dux Austriæ.* MARGARITHA soror nupsit *Ernesto*, vel *Friderico* Saxoniæ Electori: CATHARINA *Carolo*, March. Badensi: ELISABETH *Hugoni* Comiti VVertenbergico. 5.

LIBERI FRIDERICI QVARTI, TRINEPOTES RVDOLPHI PRIMI IMPERATORIS.

VXor *Leonora*, Eduardi Regis Portugalliæ filia, quinque ei liberos peperit; *primò* CHRISTOPHORVM 14;6. *Secundo* Maximilianum 1459. 22. Martij. h. 5. p.m. *Tertiò* HELENAM 1460. *Quartò* CVNEGVNDEM 1465. *Alberto* Sapienti Bauariæ Duci nuptam. *Quintò* Iohannem 1467. Mater horum mortua 14... & cum tribus liberis Christophoro, Helena, & Iohanne in Ecclesia, S. Trinitatis Neostadij à se ædificatâ sepulta est. Atque ita vnicus rursum Stemmatis propagator Maximilianus superstes mansit, qui à primâ infantia, vsque ad decimum ætatis annum propemodum nihil locutus, Consors Imperij patre procurante factus, & in Regem Romanum Electus Aquisgrani 1486. 14. Cal. Martij, ibidemque 7. Calendas eiusdem Mensis coronatus. Turcas Croatiam vastantes repressit: Belgas virtute Alberti Saxoniæ Ducis domuit: Vrbes in Austria post mortem Hunniadis recepit: Bauaricum quoque, Heluecticum, & Venetum bellum fœliciter gessit, ac tandem febri pridie Idus Ianuarij 1519. apud VVels victus est, & in noua ciuitate prope matrem sepultus.

LIBERI MAXIMILIANI PRIMI, MINORES RVDOLPHI PRIMI IMP.

MAXIMILIANVS duas habuit Coniuges, prima fuit *Maria* filia Caroli Ducis Burgundiæ, ducta Gandaui 1477. & post hanc secunda *Blanca*, filia Galeatij Mariæ, Ducis Mediolensis, ducta Oeniponti 1494. Ex hac nullam suscepit prolem, illa verò plures etiam multò Prouincias ei attulit, quàm liberos tulerit. Omnes enim ferè Belgij Prouincias, cum ea vt hærede vnica accepit; liberos verò tantum quatuor, primò PHILIPPVM 1478. 24. Iunij, secundò MARGARETHAM 1479. 10. Ianuarij, tribus nuptam, Primò *Carolo* VIII. Regi Franciæ, sed ab hoc spreta: secundò *Ioanni* Regi Atragoniæ, tertiò *Philiberto* Duci Sabaudiæ, post cuius obitum Belgij gubernatio ei commendata. FRANCISCVS & GEORGIVS ambo infantes extincti, solum fratrem Philippum iterum reliquerunt. Mater equo delapsa, febrique correpta 1482. sexto Calendas Aprilis obijt Brugis, ibique sepulta.

LIBE-

LIBERI PHILIPPI PRIMI HISPANIARVM REGIS.

Felicius adhuc PHILIPPVS Coniugium, quàm parens cõsecutus est, quando cum *Iohanna* Ferdinandi Catholici Regis filia Hispaniarum Regna accepit, & ex eadem quatuor filias, & duos filios procreauit.

Prima LEONORA, primum *Emanueli* Lusitaniæ, & secũdò *Francisco* Galliæ Regi nupta, mortua 1558. Secunda ELISABETHA *Christierni* Secundi Daniæ Regis Regno pulsi, Coniunx, & ipsa è viuis 1529. 19. Ianuarij excessit. Tertia MARIA *Ludouici* Bohemiæ & Vngariæ Regis à Turcis occisi vxor. Quarta CATHARINA Posthuma *Ioann* tertio Lusitaniæ Regi elocata, *Ioannis*, & *Mariæ* mater. Filius *Primus Philippi* CAROLVS V. 1500. 23. Februarij h. 5. m. 18. p. m. natus. *Secundus* FERDINANDVS 1503. 10. Martij h. 9. m. 56. p. m. vterque Romanorum Imperator creatus ille 1519. 28. Iunij, coronatus Aquisgrani 1520. quarto Idus Nouembris: Iste Nonis Ianuarij 1531. Rex Romanorum appellatus, & tertio Idus eiusdem Mensis, & anni Aquisgrani inauguratus. Scilicet natura, quam diu intra Imperij fines Domus Austriaca se continuit, Maioratum quoque in ea seruauit; at vbi huius fines excessit, de duobus capitibus vno in Hispania, altero in Germania nobilissimæ huic familiæ pro communi bono prouidit.

LIBERI CAROLI V. PHILIPPI PRIMI HISPANIARVM REGIS NEPOTES.

CAROLVS Patri 1506. 25. vel *vt alij* 17. Septemb. mortuo successit, & ex *Isabella* filia Emanuelis Regis Portugalliæ, ducta 1520. 24. Februarij, genuit *primò* PHILIPPVM secundum 1527. 21. Maij, h. 2. m. 48. post m. *Deinde* FERDINANDVM, qui puer obijt, *Tertiò* IOHANNAM vxorem *Iohannis* Portugalliæ Regis, matrem SEBASTIANI à Mauris occisi. *Quartò* ISABELLAM in infantia extinctam. *Quintò* MARIAM 21. Iunij 1528. *Maximiliano II.* elocatam. *Ex alijs* genuit IOHANNAM *Francisco Medicæo* nuptam, & MARGARETHAM primò *Alexandro Medicæo* ἀπαιδι. Deinde *Octauio* Parmensi 1538. nuptam: deniq; IOHANNEM victoriâ ad Echinadas propè Ithacam 7. Octobris 1571. obtentâ celebrem, peste 6. Nonas eiusdem Mensis 1578. victum, parens post multa bella feliciter gesta cõtra Franciscum primum Galliæ Regem, eumque captum, Henricum Nauarræum, ac Tunetanum deuictum; captum item in Germania Ducem Cliuensem, Saxonem, & Hassum, tandem 1558. Imperio se abdicauit, ac in Hispaniam profectus, Monasterium Vallis Toletanæ ingressus, post semestre 21. Septemb. mortuus, & Granatæ sepultus est: Coniunx 1539. primo Maij præcessit.

LIBERI PHILIPPI SECVNDI, PRONEPOTES PHILIPPI I. HISPANIARVM REGIS.

PHILIPPVS Secundus Hispaniæ Rex, ex *quatuor* vxoribus septem liberos sustulit; Ex prima *Maria*, filia Ioannis Regis Portugalliæ, CAROLVM mortuum 1568. 23. Iulij. Ex secunda *Maria* F. Henrici Regis Angliæ nullum. Ex tertia *Isabella* filia Henrici Regis Franciæ ELISABETHAM, quæ *Alberto* Maximil. II. Cæsaris filio Belgium in dotem attulit, sed ἄπαις post coniugem mortua 1633. soror huius CATHARINA vxor *Caroli Ema.* Sabaudiæ Principis: Ex quarta *Anna* filia Maximiliani Secundi Imperatoris, FERDINANDVM, & IACOBVM in pueritia mortuos, ac tandem 1578. PHILIPPVM Tertium Hispaniæ Regem genuit, dumque regno iam aptus, eiusdem ei habenas 1558. cessit, & è viuis excessit.

LIBERI PHILIPPI TERTII ET QVARTI, ABNEPOTES PHILIPPI I. HISP. REGIS.

PHILIPPVS TERTIVS pater factus est, 1601. ex *Margaretha* Caroli AA. filia; ANNÆ MARIÆ Coniugis *Ludouici XIII.* Galliæ Regis, & 1605. PHILIPPI IV. hodie Hispaniarum Monarchæ, ac 1606. MARIÆ Modernæ Imperatricis, atque CAROLI 1607. & FERDINANDI Cardinalis 1609. ex quibus solus CAROLVS 1633. denatus; Mater verò 1621. præcessit, reliqui feliciter viuunt, & PHILIPPVS Quartus TRIBVS filiabus, & BALTHASARE hodie Iuuentutis Hispaniæ Principe ex *Isabella* Henrici Quarti Galliarum Regis filia auctus est.

LIBERI FERDINANDI PRIMI IMPERATORIS, NEPOTES PILIPPI I. HISP. REGIS.

FERDINANDVS triplo fœcundior fratre suo Carolo fuit, 15. enim proles ex *Anna* filia Ladislai Vngariæ & Bohemiæ Regis ac regnorum hæredis genuit, 1. ELISABETHAM 9. Iulij 1526. 2. MAXIMILIANVM Secundum Imperatorem 1527. Viennæ 1. Aug. 3. ANNAM 1528. Linizij 14. Iunij. 4. FERDINANDVM 1529. Linizij 14. Iunij. 5. MARIAM 1531. 15. Maij Pragæ, 6. MAGDALENAM 1532. Oenipont, 14 Aug. 7. CATHARINAM 1533. Viennæ 25. Septemb. 8. LEONORAM 1534. Viennæ 2. Nouemb. 9. MARGARITHAM 1536. Oeniponti 16 Februarij, 10. IOANNEM infantem mortuum 1538. 11. BARBARAM Viennæ 1539. 30. Aprilis, 12. CAROLVM Viennæ 1540. 3. Iunij. 13. VRSVLAM 1541. 8. Calendas Aug quæ bimula obijt. 14 HELENAM 1543. Viennæ 7. Ian. 15. IOHANNAM 1547. Pragæ 24. Ianuarij. *Elisabeth* nupsit *Sigismundo Augusto* Poloniæ Regi, obijtque Vilnæ in Lithuania 15. Iulij 1545. *Anna* elocata *Alberto* Bauariæ Duci, quarto Idus

Iulij 1546. *Magdalena* Cœlebs in Regio Parthenone, Halæ obijt. *Catharina* primo nupsit *Friderico* Mãtuæ Duci, deinde *Sigismundo* II. Poloniæ Regi, quo etiam mortuo Lintzium concedens ibi anno 1572. obijt. *Margaritha* cum *Magdalena* Halæ vixit 12. Martij 1567. *Barbara ducta* ab Alphonso Secundo Ferrariæ Duce, obijt 1572. *Helena* Halæ cum sororibus obijt 1574. *Iohanna* nupsit *Francisco* Medicæo Florentiæ Duci, Cosmi filio, obijtque partus doloribus in Iunio anni 1578. Pater vti prædixerat cum S. Iacobo in eiusdem festo 1564. ad superos est peregrinatus.

LIBERI MAXIMILIANI SECVNDI IMPERATORIS, NEPOTES FERDINANDI PRIMI IMP.

MAXIMILIANVS Primus filiorum Ferdinandi primi, *totidem* quot Parens proles suscepit ex *Maria* Philippi II. sorores, quindecim enim genuit, cum hac differentia, quod 9. proles fuerint Masculæ, & sex tantum fœminæ; nullus tamen filiorum, quod valde admirandum, etsi ad virilem ætatem, senectamque plures peruenerint, legitimè Stemma propagauit. ANNA *primogenita* fuit Zigalis in Hisp. Calend. Nouembr. Anno 1549. Fuitque (vt supra dictum) quarta vxor *Philippi II.* Regis Hispaniarum, mortua 1580. 8. Cal. Nouemb. *Secundus* liberorum FERDINANDVS, natus etiam in Zicales oppido Castiliç 1551. 24. Martij, infans obijt Viennæ 1552. 26. Iunij. *Tertius* RVDOLPHVS huius nominis II. Rom. Imperator, natus Viennæ 18. Iulij, h. 2. m. 15. p. m. 1552. ætatis suæ anno 4. Cal. Octobr. Posonij Rex Vngariæ inunctus est, & post triennium 10. Calendas eiusdem Mensis Pragæ Rex Bohemiæ, moxq; Cal. Nouembris Romanorum Rex consecratus, successione Patris excepit imperium, prudentissimeque rexit vsque ad '12. quo è viuis excessit. *Quartus* ERNESTVS Viennæ etiam natus. h. 2. m. 15. p. m. 1552. Belgij Gubernator mortuus 1595. *Quinta* ELISABETH ibidem nata 5. Iulij anno 1554. h. 10. m. 30. p. m. *Carolo* IX. Franciæ Regi nupta, eo mortuo viduitatem in S. Clara Viennæ coluit vsque ad mortem 15. Ian. 1592. *Sexta* MARIA infans obijt 1564. 6. hebdomatum. *Septimus* MATTHIAS Primus huius nominis Rom. Imp. post fratrem, natus Viennæ 1557. 23. Febr. h. 10. m. 45. p. m. ibidemque 1619. 30. Martij è viuis exemptus est. *Octauus* MAXIMILIANVS Neostadij editus 12. Octobr. 1558. Electus administrator ordinis Teutonici per Germaniam & Italiam anno 1558. Itemque Rex Poloniæ, Animam Deo Viennæ 1618. 11. Nouembr. reddidit. *Nonus* ALBERTVS ibidem natus 13. Nouembr. h. 21. m. 30. p. m. 60. Cardinalis & Archipræsul Toletanus factus, deinde verò *Isabellâ* ductâ Belgarum Dominus. *Decimus* VVENCESLAVS 9. Martij 1561. editus, obijt innuptus, Madriti in Hispania mense Septemb. 1578. *Vndecimus* FRIDERICVS obijt eodem, quo natus fuit, anno 1564. Sicut etiam MARIA secunda. *Decimus tertius* CAROLVS natus 1565. 27. Septemb. denatus die Ascẽsionis Domini 1566. *Decima quarta* fuit MARGARITHA nata Viennæ 25. Ianuarij 1567. Matre in Hispaniam secuta, 1581. ibidem innupta obijt 1633. *Decima quinta* LEONORA Viennæ quoque nata 4. Nouembr. 1568. obijt Pragæ innupta paulò ante matris in Hispaniam profectionem. Pater Ratisbonæ 1576. 12. Octobr. obijt, & Lintzij sepultus.

LIBERI FERDINANDI TIROLENSIS, NEPOTES FERDINANDI PRIMI IMPERATORIS.

FERDINANDVS II. Ferdinandi I. Imperatoris filius, primam vxorem duxit *Philippinam* è Patricia VVelserorum Augustana familia ortam, ex eaq; ANDREAM Cardinalem, & CAROLVM Marchionem in Burgau. suscepit, sed ambo sine liberis extincti sunt. Secundam mense Apr. 1580. accepit Gulielmi Mantuæ Ducis filiam N. suam è sorore Leonora neptem, quæ *tres* ei filias peperit, quarum vna ANNA Matthiæ primo Imperatori nupsit, illiberis tamen obijt, altera Oeniponti inter D. Virginis seruas vitam agit, parens verò 1552. 26. Iunij Viennæ decessit.

LIBERI CAROLI AA. NEPOTES FERDINANDI I.

CAROLVS III. Ferdinandi Primi filius à Patre & Deo benedictus Stemma felicissimè propagauit ex *Maria* filia Alberti V. Bauariæ Ducis, è sorore sua Anna nepte ducta 1571. Viennæ: Parenti *numero* liberorum *par*, & fœlicitate longè vt videbis superior.

1. FERDINANDVS fuit natus 1572. 15. Iulij, & 31. eiusdem denatus. *Secunda* ANNA nata 1573. 16. Aug. nupta *Sigismundo III.* Poloniæ, & Sueciæ Regi, coronata 21. Maij 1592. Mater facta hodierni Regis LADISLAI. *Tertia* MARIA CHRISTIERNA nata 1574. 10. Nouemb. nupta *Sigismundo* Bathori Transyluaniæ Principi 1595. Halæ deinde mortua. *Quarta* CATHARINA RENEA nata 1576. 4. Ianuarij. *Quinta* ELISABETH 1577. 3. Maij, obijt 1586. 29. Ianuarij. *Sextus* FERDINANDVS natus 1578. 9. Iulij, Bohemiæ Rex 1617. & sequenti Vngariæ, ac 1619. Germaniæ & Rom. Imperator factus, plurium liberorum Pater, obijt Viennæ 1637. 15. Febr. *Septimus* CAROLVS natus 1579. 17. Iulij, & sequenti anno 17. Maij denatus. *Octaua* GREGORIA MAXIMILIANA nata 1581. 22. Martij. *Nona* LEONORA nata 1582. 25. Septembris. *Decimus* MAXIMILIANVS natus 1583. 17. Nouembris Commendator Teutonicus factus. Mortuus 1616. in Septemb. *Vndecima* MARGARITHA Hispaniarum Regina, & moderni Mater nata 1584. 25. Decembris. *Duodecimus* LEOPOLDVS 1586. 9. Octobr. natus, factus Episcopus Pataujensis & Argentinensis, bello Iuliacensi & Passauiensi Celebris; deinde ex Episcopo Tyrolis Alsatiæ &c. Dominus. Mortuus 1632. 17. Septemb. *quatuor* liberis hæredibus relictis ex *Claudia* M. D. Hetr. filia. *Decima tertia* MAGDALENA nata 1587. 7. Oct.

Vxor *Cosmi* Secundi, M. D. Hetruriæ, plurium liberorum mater obijt, Passauij, in itinere ad fratrem Ferdinandum Secundum Imperatorem 1632. *Decima quarta* CONSTANTIA nata 1588. 24. Decemb. sorori Annæ in Coniugio *Sigismundi* Poloniæ Regis, cum summi Pontificis dispensatione successit, & plurium liberorum mater obijt 1632. *Vltimus* CAROLVS Posthumus 1590. Episcopus Brixiensis & Vratislauiensis; ac ordinis Teutonici Magister, obijt in Hispania Mantuæ Carpetanorum in aula Regia 26. Decemb. 1625. Ex his, vt vides, filij duo, & filiæ 4. mundum Regibus & Principibus fœcundauerunt, Anna nimirum & Constantia Poloniam, Margaritha Hispaniam, & Magdalena Italiam, fratres duo Ferdinandus & Leopoldus Germaniam.

LIBERI FERDINANDI SECVNDI, NEPOTES FERDINANDI PRIMI IMPERATORIS.

FERDINANDVS Patrem amisit 1590. Calend. Iulij, & *Mariam Annam* filiam Gulielmi Quinti Bauariæ Ducis 1600. 23. April. Coniugem accepit, atq; 1604. Anno CHRISTIANAM 25. Maij genuit, sed non diu superuixit. Successit primo Nouembr. 1605. IOANNES CAROLVS; secundo eiusdem Mensis à Martino Episcopo Seccouiensi baptizatus, & ibidem 1617. 26. Decembr. inter primam & secundam pomeridianam, vti natus, defunctus est. *Tertiò genitus* FERDINANDVS ERNESTVS modernus Imperator 13. Iulij currente circa primam: anno *deinde* 1610. 13. Ianuarij, MARIA ANNA lucem aspexit, intra 2. & 3. p. m. & 1635. 15. Iulij Viennæ, *Maximiliano* Bauariæ Electori auunculo suo matrimonio coniuncta. 1611. CÆCILIA RENATA 16. Iulij media tertia post meridiem nata, & verè 17. eiusdem in manibus Illustrissimi & Reuerendissimi Nuntij de Ponte renata. *Vltimus* Ferdinandi Cæsaris filius LEOPOLDVS Neostadij, 6. Ian. intra 11. & 12. noctu 1614. natus in Episcopatibus Leopoldo Patruo successit. Nomen eadem die ei à Patrinis Matthia primo Imperatore, & Coniuge eius Anna, per eorum vices gerentem Paulum Sixtum Com. Trautsonium impositum eadem horâ, quâ olim Sanctus Leopoldus Austriæ Marchio fuit Canonizatus, cuius omnes Austriacos Deus Opt. Max. in cœlo, vti in terra, faciat Successores.

LIBERI FERDINANDI TERTII IMPERATORIS, PRONEPOTES FERDINANDI I. IMP.

FERDINANDVS ERNESTVS 1625. 8. Decemb. siue in festo Immaculatæ Conceptionis D. Virginis tanquam eidem deuotissimus, eiusdem Regni, scilicet Vngariæ, & 25. Nouemb. 1627. Bohemiæ Rex, præsente Augustissimo Parente Coronatus est. Nuptias cum *Maria* Infante Hispaniarum celebrauit 1631. & 1633. in festo Natæ Deiparæ natus eidem FERDINANDVS FRANCISCVS IV. Quarto deinde anno secunda Maij patris sui creatus Generalissimus, Viennâ egressus Ratisbonam obsidione cinxit, & 26. Iulij, post Insulam & propugnaculum ante pontem vi occupatum deditione accepit; hinc ad Nordlingam promouit, obsedit, & celeberrimam victoriam auxilio affinis & cognominis Ferdinandi Infantis Hispaniarum ab hostibus ciuitatem liberare conantibus, 6. Sept. reportauit. Totus enim ferè eorum peditatus cæsus, tormenta cum munitione accepta omnia, supra 60. Duces præcipui capti, aut cæsi, aut vulnerati: VVeinmarius Generalis cum paucis Equitibus profugit, & ciuitatem victori reliquit. Totam deinde VVirtembergiam, & Franconiam occupauit. Reduci victori Neostadij 24. Decem. Filiam Regina enixa est MARIAM ANNAM à Patrinis Regijs sororibus & fratre Leopoldo VVilhelmo in manibus baptizantis Eminentissimi Cardinalis, & Principis Francisci à Dietrichstein nominatam. Sequenti anno rursum in imperium profectus, hostes à Rheno, vti præcedenti à Danubio feliciter amouit, & inter summa pestis pericula pacem cum ciuitatibus composuit. 1636. tertium contra hostes egressus arma in Burgundiam promouit: Comitatus Metropolim Dolam obsidione liberauit: deinde Ratisbonam vocatus vnanimi Electorum suffragio 22. Decemb. Romanorum Rex electus, & 30. eiusdem Coronatus est, demum hoc anno 1637. 15. Iulij circa m. *secundum* filium feliciter progenerauit.

ANNO-

ARBOR II.
Exhibens posteros
RVDOLPHI I.
ex Filiab, Alberti I.
Guttа et Elisabetha

Lando: Leuchtemb:

Georg: Frid.
Maria F. C. de Manderscheid.

Georg: Ludovicus m. 1615.
Maria Salome F. Philiberti M. Bad:

Ludo: Henricus m. 1567.
Mechtild Com: Marck.

Georgius 3 m. 1552.
Barbara F. Frid: M. Brand:

Iohanes 5 m. 1551. Margare: F. Ioh: C. Schwartz.

Fridericus 4 m. 1467.
Dorothea F. Philip. C. de Rhineck.

Leopoldus m. 1430.
Elisab: de Oppeln

Imagina
Albertus Landg. Leuchtemberg

Ludovic XI
Imagina C. Schaumb.

M. Badensis

Ferd Maximilian, Leopol: Wilhelmus

Wilhelmus
Ursula Co: ab Hohenzollern.

Eduar: Fortu.
Maria ab Eicken.

Christophor,
Caecilia F. Gustavi R. Suecia

Bernardus
Francisca F. Carolus Co. Lutzelburgij

Christophorus 1527.
Otilia F. Philip. C. in Catzenelb:

Carolus 1475.
Catharina F. Ernesti: Ferrei A.

Iacob, † 1453.
Cathar. F. Carolis Aud: D. Loth.

Bernardus m. 1436.
Anna C. ab Otting.

Rudolphus 1372. Mechtild F. Ioh Cast. C. Sponheim.

Fridericus m. 1358.
Ursula D. Tecens.

Maria
Rudolphus 7. M Badens 23.

Fridericus III
Adelheid. Land. Alsat. 1367.

Alb: I. C. Oettingan:

Gutta et Iudit.
Ludovicus 7. Co ab Otting.

M. Durlacensis

Fridericus

Fridericus
Barbara F. Frid. D. Vuirtemb.

Georg: Frid.
Iuliana F. Frid. C. Reingrav.

Carolus
1577. Anna F. Co. Pal: Rhen.

Ernestus m. 1552.
Elisab. F. Frides. Mar. Brandb.

Carolus m. Episc. Verdun. post Soc. IESV

Franciscus Episc. Verdun. Decanus Metro. Colo:

Henricus

Nicolaus

Nicolea Claudia

Carol, Francis: Nicolaus

Henricus
Margaretha F. Vinc: D. Mantue.

Franciscus m. 1571.
Christina Co. Salms.

Carolus
Claudia F. Henric. R. Fran:

Franciscus 1541.
Christina F. Christiani R. Danie.

Antoni, 1515.
Renata F. D. Montpensier.

D. Guisij.

Carolus D. Guisy. 1571.

Henricus m. 1568.
Catharina F. Franc. D. Nivers.

Franciscus 1542.
Anna F. Herc. D. Estensis.

Claudius 1550.
Antonia F. Franc. D. Vindomensis.

Renatus 1506.
Philippa F. Adol. D. Geldria.

Iolante
Fridericus 2 C. Quis: et Vaude.

Isabella
Renatus D. Ang. et R. Neap.

Carol, 1130.
Maria F. Ruper. Imp.

Iohann: 1187.
Sophia F. Eberh. C. Vuirtemb.

Rudolph, 1310.
Maria F. Guidon. Co. Blesensis.

Elisabeth
Frider: 3 Athlet. D. Loth: 1320.

D. Meinae.

Henricus 1572.
Carolus 1581.

Carolus
Henrica F. Henr. D. Nemours

D. Aumaliae.

Carolus m. 1580.

Carolus m. 1525.
Maria Lothar.

Claudius 1573.
Ludovica.

DVX
LOTHARINGIÆ.

Albertus I.

Rudolphus I.



ANNOTATIO IN ARBOREM SECVNDAM,

QVÆ EXHIBET POSTEROS

RVDOLPHI I. IMPERAT. HABSPVRGICI,

EX FILIABVS ALBERTI I. IMPERATORIS.



VT magis pollicis priori Annotatione allata ſimilitudo in Alberto appareat, filias etiam eius, per quas Illuſtriſſimas Imperij familias domui ſuæ coniunxit, ſubiungo. Quinque puberes tradit *Heutterus*, & *Lazius*. 6. hoc ordine.

1. CATHARINA Heuttero ſecunda, & Henningio quarta, Imperatori *Henrico VII.* deſponſata, ſed à *Ruperto* Siciliæ Rege poſt mortem ſponſi in Italia auditam, filio eius *Carolo* Calabriæ Duci tradita eſt, obijt 1323. Neapoli, in S. Laurentij Minoritarum templo ſepulta.

2. GVTTA Henningio, & Heuttero quinta, Comiti *Ludouico* Ottingenſi copulata, ex quo filium Paterni nominis peperit, qui cum Ludouici Bauari Electi Rom. Regis, familiaris eſſet, multa cum Ducibus Auſtriæ ab eo paſſus eſt (vt Cuſpin. *in Alberto* refert) addit verò, ſed ante hanc prius habuit vxorem is Comes Ludouicus ſororem Comitis de VVirtemberg, ex qua filium & filiam progenuit. Henninges hanc VVirtembergiam Patris huius Ludouici Coniugem facit, neque vllum recitat filium Ludouici & Guttæ, qui Paternum nomen geſſerit; ſed CONRADVM, qui proſcriptus ab Henrico VII. Imperat. in Cœnobio Lotharij obijt. *Secundum* EBERHARDVM Canonicum Moguntinum. *Tertium* denique ALBERTVM Stemmatis propagatorem, & auum MARIÆ *Rudolpho VII.* Badenſi Marchioni nuptæ primæ Auſtriaci ſanguinis cum eadem fibula. Arbor verò Genealogica, Com. Ottingenſium, quam hoc anno in Comitatu Regio, in eorundem arce VVallerſtein mihi videre licuit, in VVirtembergica, cum Henninges conſentit, & *Agnetem* nominat; in hoc verò diſſentit, quod *Ludouicum X.* Commendatorem in Erdling Ludouic. IX. & Guttæ filium ponat; *Conradum* verò VVirtembergicæ filium ſcribat; ſicut & in hoc differt, quod præter Ludouic. X. & Eberhardum Canonicum Moguntinum, ac Albertum, GEORGIVM his fratrem annumeret, Regis Adolphi in Miſnia Generalem. Neque hoc tacendum, quod, quem Arbor. Lud. IX. nominat, Henn. VII. habeat. Maior verò longè in hoc differentia, quod Henn. Mariam Rudolphi M. Badenſis Coniugem, neptem Alberti I. ex filio Ludouico (illi) IX. & Lud. ac Guttæ Pronepotem ex his faciat; *Arbor* autem illam Friderici filiam, & ex hoc neptem Ludou. & Guttæ. Ego Comitum pictam Arborem meo iudicio veriorem ſecutus ſum, & FRIDERICVM cum Coniuge *Adelhaide*, hærede Landgrauiatus Alſatiæ, patrem Mariæ poſui. Non omittendum ad nobiliſſimæ huius familiæ gloriam, quod mater Rudolphi I. Imp. Vrſula filia fuerit *Ludouici* Comitis Oettingani, & *Eliſabethæ* Landgrauiæ Alſatiæ. Vnde dictus Imp. Ludouicum Iuniorem in literis ſuis 1279. Regni ſui 6. datis, conſanguineum ſuum appellat: vti mſcr. Oettingenſia docent. Porrò non minor occurrit difficultas de *Rudolpho* Mariæ Coniuge, ſcilicet an ex ea Stemma propagarit, & RVDOLPHI Magni auus ſit. Reuſnerus vnicum his filium aſſignat FRIDERICVM, maritum Com. Ruhendinganæ, ſed illiberem. Lazius *numero* 16. fratrem adiungit RVDOLPHVM I. Verum mirabiliter omnia confundit; tres enim parentes *Rudolpho* V. aſſignat. Primum *numero* 9. Heſſonem, Rudolphi Secundi fratrem. Secundũ *numero decimo* Rudolphum Tertium Rudolphi Secundi filium. Tertium *numero* 13. dum Rudolphum Quartum Heſſonem, patrem dicit Rudolphi Quinti, & hunc Magnum vocat, atque Bernardi Patrem. Reuſnerus *Rudolphi* Magni patrem facit *Fridericum*, filium Rudolphi VVeker, fratrem Rudolphi Coniugis Mariæ Oettinganæ. Irenicus conſentit cum Reuſnero in Bernardi progenitoribus; in hoc verò diſſentit, quod Rudolpho, & Adelhaidi de Oxenſtein, præter Fridericum filium, Rudolphum Hes Hermannum, & Rudolphum VVecker Friderici & Rudolphi patrem aſſignet. Ego in tanta diffe-

Badenus.

differentia recentiores duos Henningium & Albizium secutus, Rudolphum Magnum, Rudolphi Mariani ex filio Friderico nepotem posui. Si non placeat, certum ab omnibus accipe vinculum, Annam Bernardi Coniugem Ludou. XIII. Com. Oettingani filiam, neptem Ludouic. XII. Oetting. Albicius secundam Bernardo tribuit Beatricem ab Hanaw; sed prior 12 liberorum mater, hæc nullius, Reus. Porro Rudolphus huius pater *Magnus* ideo cognominatus, quod corporis proceritate 12. pedes attingeret, Comitatum Sponheimensem ab vxore consecutus.

BERNARDVS à Friburgensibus tribus septimanis in Castro Mulberg obsessus, hostibus per Herbipolensem Episcopum ab Imperatore Sigismundo missum reconciliatus. IACOBVS ab Ænea Syluio *lib. 4. cap. 7. de dictis & factis Alphonsi* celebratus.

CAROLVS Coniugio *Catharina*, sororis Friderici Tertij Imperatoris celebris; sed longe fratre Bernardo celebrior, vtpote qui relicto ipsi Marchionatu, & nuptijs Magdalenæ Caroli VII. Franciæ Regis filiæ spretis, vni se Deo dedit & inter SS. à Sixto IV. numerari meruit.

CHRISTOPHORVS Hochenbergensem Marchionatum cum dynastia Roetelensi, Rodenmachi, & Baden VVIler, Philippo sine prole mascula obeunte, ex pacto de successione facto, & à Maximiliano I. Imper. confirmato coniunxit. Tria dicta Dominia parens Philippi post sororis sui, Iohannis vltimi Comitis Friburgensis obitum Imperij beneficio acceperat; HOCHENBERGENSIS verò Marchionatus olim in diuisione Henrico, & BADENSIS HERMANNO Tertio fratri obuenerat. Auus horum Hermannus Marchio Veronensis cum Friderico Barbarossa in Germaniam venit, cumque hæc magis ei quam Italia arrideret; Imperator ipsi *Imutham* vltimi Badensis, & Hochenbergensis Comitis filiam cum bonis despondit, atque Marchionis & Principis Imperij titulo decorauit. Imutha hæc præposituram Backenæ pro 8. Canonicis fundauit; Abnepos verò Rudolphus Tertius præposituram in Benedictinorum Monasterium conuertit. Frater eiusdem HERMANNVS ex *Gertrude* filia Henrici Austriæ Ducis FRIDERICVM genuit, Neapoli cum Conradino decollatum, & AGNETEM I. *Vlrico* Tertio Duci Carinthiæ: deinde *Meinhardo* Tertio eiusdem Carinth. Duci & Tirolis Comiti nuptam, atque ex hoc matrem ELISABETHÆ *Alberti I.* Imperatoris Coniugis, per quam etiam ius in Austriã consecutus est. Atnepos ALBERTVS Patri huius Rudolpho Primo cum filia Anna ius suum in Alsatiam, pro quo diu contenderant, consignauit.

M. Badensiũ Origo.

Hæredes CHRISTOPHORI, & Stemmatis Propagatores, BERNARDVS Badensium, & ERNESTVS Durlacensium. Hic enim in diuisione cum fratre Hochenbergensem ditionem accepit. Filius CAROLVS sedem deinde, arce insigni ibidem exstructa, Durlacum transtulit, atque inde nouum nomen posteris reliquit, trium filiorum & quatuor filiarum parens, in illis JACOBVS memorandus 1562. 26. Maij natus, ob disputationem inter Jacobum Andreæ, & Johannem Pistorium institutam 18. Nouemb. 1589. vnde & ad veram fidem reductus, sed morte præuentus 1590. 7. Augusti, ad eandem ditionem suam ex integro reducere non potuit. Frater ERNESTVS FRIDERICVS, cum nullam prolem masculam reliquisset, ei successit, & quod reformatum erat, iterum deformauit, quin & Eduardi Fortunati ditiones, prætextu ne à Fuggeris inuaderentur, ad se suamque fidem traxit; sed nullis etiam relictis liberis fratri GEORGIO FRIDERICO cuncta reliquit. Hic ad VVimpfen 1622. ab exercitu Cæsaris Ferdinandi Secundi cæsus, in Sabaudiam abijt, filio prius FRIDERICO bonis præposito; sed Patris breui exempla & vestigia secutus. EDVARDI filij VVILHELMVS HERMANNVS, & ALBERTVS sua deinde 1626. receperunt, quo & Albertus prædictus sclopeto semet improuide vulnerauit, ac obijt. *VVilhelmus* verò ex vxore *Vrsula* Hochenzolleriana FERDINANDVM MAXIMILIANVM, & LEOPOLDVM VVILHELMVM aliosque quatuor genuit, & filias tres.

Landgrauijs Leuchtenbergicis RVDOLPHI Primi sanguis per IMAGINAM, vt Albicius (Lazius & Henning. ELISABETHAM vocãt) Guttæ Oettinganæ abneptem communicatus est. Etsi enim Albicius Coniugi eius *Alberto* Landgrauio Hochenzollerianam quandam secundam Coniugem, filiorumque ex ipso matrem faciat; huius verò neque Henninges, neque Lazius meminerit, & ipse nomen eius ignoret, merito Imaginam eorundem matrem retinemus. Auus huius *Alberti* VLRICVS, primus à Ludouico Cæsare ad pacta matrimonij cum Margaritha Hollandica Legatus Coloniam missus. Filius huius IOHANNES primus à Carolo Quarto familiaris & Domesticus commensalis, ac spectabilis Consiliarius vocatur, ab eodemque metallicas fodinas in Bohemia, & ius monetæ cudendæ, atque à filio VVenceslao Comitatum Hals feudum accepit.

Leuchtenbergici.

LEOPOLDVS Alberti filius à Sigismundo Cæsare annuas nundinas impetrauit.

FRIDERICVS Quartus cum Coniuge Grauensfeldt accepit.

IOANNES Quintus à Cæsare Maximiliano Primo suis iterum, quæ in bello Bauarico perdiderat, donatus est.

GEORGIVS, & filius LVDOVICVS HENRICVS pacis studiosi, periculorum tamen ob agnati tumultus non expertes.

GEORGIVS LVDOVICVS præclarè literis excultus summus consilij aulici Præses à Cæsare creatus, filios reliquit GEORGIVM FRIDERICVM, RVDOLPHVM & VVILHELMVM, atque filiam MECHTILDEM, *Alberti* Bauariæ Ducis Coniugem felicem, ex ipso filiorum matrem.

Vnde verò primam hi *Landgrauij* originem trahãt, incertum. Lazius à VOGBVRGIIS, interdum verò à Burggrauijs RATISBONENSIBVS, & Comitibus à Bogen deriuat. Certum tempore Friderici Secundi Imperatoris floruisse, & admirabilem illam Basilicæ Argentinensis turrim sub Conrado Leuchtenbergio

Eorum Origo.

 bergio

bergio ibidem Episcopo à Senatu populoque inchoatam esse.

3. Alberti Imperatoris filia Anna fuit, sed ob plures maritos, & horum liberos peculiarem arborem, & Annotationem requirit.

4. *Quarta* secundùm Lazium; secundùm Henning. verò, & Heutterum *prima* Agnes fuit, primum *Columnensi* cuidam *Principi* desponsata; Deinde eo mortuo, *Andreæ* Vngariæ Regi, Stephani ex Tomasina Maurocena Veneta nati, filio, hac occasione copulata est. Cum Ladislaus Rex Stephano expulso subrogatus, & ob vitæ incontinentiam, & adulteria Hungaris inuisus, atque à Pontif. Romano sacris prohibitus esset; Andreas, tanquam Andreæ secundi ex dicto Stephano, nepos & hæres, in spem venit, se ad regnum, ex quo Pater eiectus erat, eò quòd vix ex Ephœbis egressus, illud per vim arripuerit, redire posse, cum iam in itinere esset, ab Arnoldo Silesio, Trigauiensi Comite captus, ad Albertum Agnetis Patrem ducitur, & Viennæ ad aliquot dies in libera custodia habitus, cum iureiurando pacem se culturum & Agnetem Cæsaris filiam ducturum affirmasset, in Regnum missus est, & biennio post, Ladislao à Cumanis interfecto in Regem electus; sed à Gunsensibus, & alijs nonnullis incitatus, dissimulatâ eorum memoriâ, in quæ, & ipse, & cum eo proceres aliquot Vngari iurauerant, affinitatem renunciauit, bellum mouit, oppida quædam, & arces Austriæ Regno vicinas occupauit, agrosque Neapolim vsque populabundus peruagatus est. Quare Albertus comparato exercitu in eum mouit; cumque Andreas & ipse sibi maiores vires pararet, seditionem domi exortam intelligens, vt eam extingueret, pacem cum Alberto, & Matrimonij pacta renouauit, atque anno demum 96. nuptiæ celebratæ sunt. Quinto pòst anno mortuus Budæ, *Agnetem* viduam cum *filia infante eiusdem* nominis reliquit, quas Hungari in custodiam abdiderunt, neque pro dignitate satis habuerunt. Literis itaque Patri conquesta, hoc effecit, vt ineunte sequentis anni vere Hermannus Lindenbergius magno cum exercitu in Vngariam mitteretur. Hungari vt hoc bello defungerentur, vtramque Reginam custodiâ liberatam ad Cæsarem miserunt, quæ deinde ad Königsfeldense Monasterium missæ, procul aulâ, & hominum strepitu vitam peregerunt. Mater 84. ætatis anno, Christi verò 1364. obijt.

5. Elisabetha huius nominis prima nupsit *Ottoni* Bauariæ Duci, postulato Regi Vngariæ, mortua *Anno* 1330. & in Nouiomonte à fratre fundato sepulta est. Verius autē videtur, quod Albizius ponit, *Catharinam* Rudolphi primi filiam, huius *Ottonis* Coniugem fuisse, aut quod Heutterus dicit, *Annam*, *filij* eius, ex secunda vxore, filiâ Ladislai Glogouiensis, Ioannis scilicet Naterburgici Coniugem; facit Albizius Annam Friderici Austriæ Ducis filiam; Errorem verò ex filiabus Fridericorum superius recitatis deprehendes. Henninges Cœlibem illum ex saltu crus fregisse, atque inde obijsse dicit.

Elisabetha secunda desponsata non *Theobaldo*, vt Lazius & Cuspinianus, aut *Theodorico*, vt Heutterus, sed vt bene Rhod. *p*. 79. Albizius & Reusnerus *Friderico* eius filio, cognomento Athletæ Lotharingiæ Duci, *viginti sex* secundum Reusnerum ex hoc liberos genuit, ex quibus hos nominatos inuenio: *primò* Rvdolphvm, Stemmatis propagatorem, in bello cum Ioanne Bohemiæ Rege occisum, 1346. vnico relicto hærede Iohanne. *Secundo* Theobaldvm Treuirensem Archidiaconum. *Tertium* Chorepiscopum Albertvm Leodij. Margaritham *dehinc* filiam, *Duci Cabilonensi* primum nuptam, &, eo à fratre occiso, *Domino de Rapolstein, cui* Filivm peperit, qui 18. anno ætatis Veneno sublatus est. Agnetem *Ludouico* Marchiaci Comiti nuptam. Blandam longi campi Sanctimonialē. Elisabeth *Egnoni* Comiti Zaringiæ elocatam, & Annam *Ludouici* Palatini in hastiludijs occisi Coniugem. Mater harum Elisabeth mortua fuit anno 1352. in Lotharingia, & in Sancto Deodato sepulta. *Rudolphi filius Iohannes* captus in bello auunculi, & grauem vastationem à Merensi Episcopo & Roperto Barri, ac Henrico Vadani montis Comite perpessus, templo S. Georgij Nancæij à patre fundato Cœnobium adiecit, Lutetiæ ab amanuensi Veneno sublatus. 6. *D. Lotharingiæ.*

Carolvs Ludouicum Aurelianensem bello vicit. Metensem etiam agrum vastauit, & vrbem obsidione pressit, *filias* habuit *tres*, Mariam *Enguarini* Comitis vxorem; Margaritham, al. Catharinam *Iacobi Badensis* M. & Isabellam animi solertia & magnitudine viris parem & superiorem, quam Pater *Renato* Andegauensi cum Ducatu desponsauit, & maxima bella, inter agnatos prætetitos, Fridericum, eiusque filium Anthonium excitauit. Volunt quidam hunc *Fridericum Iolantha* vel *Isabella* fuisse fratrem: Albizius negat his rationibus, *primò* quidem, quod Fridericus Caroli frater, filios masculos habuisse non legatur, sed vnicam tantùm filiam Margaretham nomine, *Theobaldo*, Rheinstanij & Blancoburgij Comiti nuptam. *Deinde* si habuisset, ad Renatum Andegauensem per vxorem Isabellam Caroli filiam Lotharingia iure hæreditario non peruenisset. *Adde etiam*, quod Fridericus iste ferreus Azincourti in prælio occisus, & Rudolphi Vademontij filius fuit; Ideo Caroli frater esse non potuit, qui neque in prælio mortuus, neque Rudolphi filius fuit: ita vt duos diuersos esse credendum sit; vtrosque tamen ex eadem gente, & ex hoc Friderico Rudolphi Vademontij filio Anthonium natum esse.

Ex hoc Fridericvs fuit, qui ducta *Iolante* filia Renati bella composuit, & Lotharingiæ Ducatum ad eandem familiam iterum traduxit, cum vxore sepultus Ionuillæ in Basilica Sancti Laurentij. *Filias* habuit Iolantem *VVilhelmo* medio Landgrauio Hessiæ, Margaritham *Renato* Duci Alensonio nuptas.

Filius

Filius RENATVS Lotharingiâ à Carolo Burgundo expulsus; sed auxilio Heluetiorum, & Campobassi Itali eandem ipso interempto recuperauit.

Filij ANTHONIVS, & CLAVDIVS bona post parentis obitum diuiserunt: hic Aumaliæ, Guisij, & Ionuillæ Dominia accepit, Heros vasto & eleganti corpore, bello strenuus, veneno sublatus pridie Idus Aprilis, & Ionouillæ 1550. sepultus.

Filius FRANCISCVS à Ioanne Poltretto Meræo tribus sclopeti manuarij globulis ad Sanctum Mamertem, in dextro humero vulneratus 18. Februar. est mortuus & 24. eiusdem 1562. Ionouillæ humatus.

CLAVDIVS frater maiori tormento in obsidione Metensi è viuis sublatus 1573. 14. Mart.

HENRICVS Francisci filius. 23. & frater LVDOVICVS Cardinalis 25. Decemb. 1588. trucidati sunt à stipatu Regio. Petauius ponit 1589.

CAROLVS frater Tertius Dux Meinæ, nece duorum exercitatus varijs bellis iactatus est, tandem Henrico Quarto reconciliatus ex *Henrica* Sabauda *duos filios* hæredes virtutis ac Ducatus reliquit.

CAROLVS filius *Henrici* per funiculum ex fenestra demissum Taurini è carcere se liberauit.

ANTHONIVS alter *Renati* Lotharingiæ D. filius hanc in diuisione cum Barri Ducatu, & Mussi Pontano Marchionatu, ac Vadani & asperi montis Comitatu retinuit, pacis inter Carolum Quintum, & Franciscum Galliæ Regem ad fossas Marianas conciliator.


FRANCISCVS filius in aula Francisci Primi Valesij educatus, apoplexiâ in Romarico monte tactus obijt. Vxor *Christina* filia Regis Daniæ cum *duabus filiabus* ab Henrico Secundo Franciæ Rege in Germaniam ablegata.


Eorum Origo. CAROLVS filius ab eodem in Galliam abductus, Claudiæ eiusdem filiæ desponsatus, *duos* progenuit filios Stemmatis propagatores, HENRICVM Lotharingiæ Ducem, & FRANCISCVM Vadamontis Comitem, cuius filius rursum, vti olim in Iolante à Friderico factum, ductâ Henrici filiâ, Lotharingicam Domum fidelitate erga Ferdinandum Secundum Imperat. celeberrimus martiè sustentat. Quod si altiorem horum velis originem Friderici Athlethæ Tritauus fuit Simon Crassus, nepos Guilielmi Builionæi & Boloniensis fratris Godofredi Regis Hierosolymitani, & D. Lotharingiæ ab Henrico Quarto Imper. anno 1085. inuestiti. Et hoc, meâ opinione, propter maiores; Ita enim horum mater Atneptis fuit Reineri, & Ermingardis filiæ Lotharij Regis Lotharingiæ, filij Lotharij Primi Imperatoris, à quo terra illa Lotharingia cognominata. Licet enim patri non successerit immediatè; sed Carolus Caluus Imper. tanquam patruus, & huic filius Ludouicus Balbus; filius tamen huius Carolus Simplex cognominatus, vbi Regnum Galliæ assecutus est, ob præclaram etiam sibi in hoc assequendo præstitam operam Reinero Ermingardis marito eam contulit. Verum cum dictus Carolus admodum puer patrem amiserit, Tutorio nomine eam ante Reinerum rexerant Ludouicus & Carolomannus nothi fratres. Item Carolus Crassus, Odo, & Arnulphus Imper. Post Reinerum Giselbertus filius, eam ab Henrico Primo ob Gerbergam huius filiam in vxorem ductam tenuit. Vbi verò contra Cæsarem rebellis, absorptus est, eandem cum vidua hæres legitimus Caroli Simplicis filius Ludouicus est consecutus. Inter hunc verò & filium, eam rexerunt Mauritius, Otto, Conradus, S. Bruno Archiepiscopus Coloniensis. tum Carolus Ludouici filius, & ex hoc nepos Otto. Hoc sine liberis defuncto soror Gerberga Louaniensem Comitatum, Bruxellensem, & imperij Marchionatum, Lotharingiæ olim partes, pro dote Lamberto marito attulit: reliquum Sanctus Henricus Godofredo, filio Richwini, fratris Giselberti contulit. Huic frater Gothelo successit eiusdem S. beneficio: huic per Henricum nigrum filius Gothelonis Godefredus, Pater Ithæ Aulæ VVilhelmi, Godofredi, & Balduini, qui ab Henrico Quarto, Godofredo, Balbo & Conrado extinctis, ad hodiernos vsque Lotharingiæ Ducatum transmiserunt.

Sextam Alberti Imper. filiam, Henningius CATHARINAM *secundam* ponit *Philippo* Achaiæ & Moreæ Principi elocatam.

ANNO-

ARBOR III.
Exhibens posteros RUDOLPHI I. ex Anna filia Alberti I.





ANNOTATIO IN ARBOREM TERTIAM, QVÆ EXHIBET POSTEROS

RVDOLPHI I. IMPERAT. HABSPVRGICI

EX ANNA FILIA ALBERTI I.



TErtia, vti dictum, Alberti I. filia ANNA fuit, duobus Connubio iuncta, primum *Hermanno* Longo Marchioni Brandenburgensi, qui etiam ab aliquibus Elector nominatur; Diues & potens Princeps, cui auunculus Poppo Comes Hennebergensis 22. arces in Franconia donauit, quas Brigithæ filiæ in dotem cum Henneberge nsi Bertholdo nuberet, reddidit, bella gessit contra Henethos, & Bohemos, obijt 1308. Lenini sepultus, vnicum solum ex coniuge genuit filium, IOANNEM V. *Illustrem* Cognominatum, qui 16. ætatis, Christi 1312. in vigilia Palmarum *ἄπαις* mortuus, & propè Patrem in Cœnobio Leninensi sepultus; filias verò habuit quatuor.

1. AGNES, *VValdemari* Primi Electoris Brandenburgici Coniunx fuit, cuius Pater Conradus Elector, grandæuus obijt 1304. quatuor filijs relictis, IOANNE huius nominis Tertio Electore, (CONRADVS enim ordinis Teutonici Magister ante patrem 1285. mortuus) Othone milite templario, quarto post patrem anno defuncto, & VVALDEMARO prædicto, qui fratri Ioanni vno post patris obitum anno è viuis excedenti in Electoratu successit: cum Friderico Marchione Misniæ bellum gessit, & partem ei Lusatiæ ademit: duas tantum genuit filias, ideoque eum mortuum 1319. & sepultum in Chormo cum cæteris Marchionibus in Electoratu secutus est, VVALDEMARVS II. filius fratris eius Henrici, & post hunc frater IOANNES IV. qui eidem per 14. tantum dies superstes fuit.

Brunsuicēses. Prima filiarum VValdemari HELENA *Henrico* Iuniori D. Brunsvv. & Grubenhagij nupta, OTTONEM ei genuit *Iohannæ* I. Apuliæ Reginæ maritum, & Patrem tantum HELENÆ, vxoris *Iani* Regis Cypri: soror Helenæ CATHARINA, nupsit *Magno Torquato* D. Brunsvvicensi, & per eum sanguinem Austriacum ad hodiernos Brunsuicenses, Luneburgenses, Grubenhagios, & Lauenburgenses propagauit. Torquatus dictus ab argenteo torque quem patri illudens gestabat, quod hoc suspendi mallet, quam resti illi à patre minando intentatâ: in Monomachia cum Otthone Comite Schaumburgico, dum ipsi prostrato necem intentat, à milite confossus est 1372. fuit hic Trinepos Henrici Leonis, Secundi Saxoniæ Electoris, qui filius fuit Henrici Primi in hac familia Electoris, cognomento superbi, & Gener Lotharij Saxonis Imper. à quo Brunsuigam, & Luneburgum propter fidelem operam in bellis Italicis nauatam accepit: abnepos Sigisbertatij siue Sigeberti, qui ex Italia cum Ottone Primo Imper. in Germaniam missus ab eodem Friburgum accepit cum filia Adelhaide. Frater Sigeberti, Theobaldus Primus Mantuæ Marchio ab Ottone Secundo electus, etiam à Ferrariensibus ad Regimen vocatus, nepris eius Mathildis, illa in Ecclesiam liberalis. Atauus Sigeberti & Theobaldi Henricus Primus Estensis Comes, & Treuisanus Princeps à Carolo Magno institutus, huius Tritauus Maximus Feltrij Princeps 149. obijt. Abauus huius C. Actius 1403. ex Senatore Estensi, Princeps & Dux militiæ à ciuibus, ad tyrannidem Gotthorum, Vandalorumque Regum Alarici, & Radagisij auertendam electus, vnus ex posteris Actij Nauij Auguris, qui ab Vrbe condita 148. cotem nouaculâ scidit, ex quibus etiam vnus à Suetonio inter Augusti Cæsaris maiores maternos collocatur.

Filius primus Magni Torquati FRIDERICVS, VVenceslao deposito, à nonnullis Electoribus Francofurti in Regem Rom. est designatus; at paulo post in reditu ex Comitijs à Ioanne Archiepiscopo Moguntino, & Henrico Comite VValdeccio occisus, ac Brunsuigæ sepultus 1400.

BERNARDVS fr. in Ducatu Brunsuicensi successit, & *Henricus* in Luneburgensi; deinde verò ille *Luneburgēses.*

cum

cum huius filio VVILHELMO conuenit, vt hic Brunsuicensem acciperet, & ipse Luneburgensem cum successoribus occuparet.

FRIDERICVS filijs suis BERNARDO & OTTONI Ducatum Luneburg. relinquere, & in Franciscanorum monasterio à se ædificato vitam finire voluit; sed immaturâ eorundem morte retractus, Nepotis Henrici nomine rexit, ac 1478. obijt.

Hic in expeditione contra Frisios ERICVM D. Brunsuicensem cepit 1519.

Harburg. Filij OTTO *n.*1495. & ERNESTVS *n.*1497. iterum ditiones diuiserunt; ille enim huic Ducatum cessit acceptâ in singulos annos pecuniâ & retenta recadentia, atque arce & ditione Harburg, vnde posteri cognominati.

OTTONI natus filius eiusdem nominis 1528. qui 1603. obijt, relictis hæredibus VVILHELMO & OTTONE, ac 10. fratribus; ex quibus quinque militiæ periêre.

Dåneberg. ERNESTI filij HENRICVS *n.*1537. & VVILHELMVS post obitû fratris Senioris FRANCISCI OTTONIS, gubernationem Ducatus vnâ susceperunt; illo verò vxorem ducente, solus hic Ducatum gubernauit; alter ex conuentione Dannebergam & Scharnbeck occupauit, & casum Brunsuicensis sibi & hæredibus reseruauit.

Cellis VVILHELMO successêre duo filij ERNESTVS *n.*1564. 31. Dec. & CHRISTIANVS *n.*1566. 18. Nou. atq; his defunctis. 3. AVGVSTVS Senior natus 1568. *Quartus* FRIDERICVS natus 1574. 28. August. 5. MAGNVS natus 1577. 30. August. 6. GEORGIVS Stemmatis propagator, natus 1582. 17. Februar. 7. IOANNES natus Medingæ 1583. 23. Iunij.

Filij GEORGII CHRIST. LVDOVICVS, GEORG. VVILHELMVS, & IOHANN. FRIDERICVS,

HENRICO successit post 3. fratres suos AVGVSTVS Iunior dictus ob patruelem cognominem, parens factus RVDOLPHI AVGVSTI 1627. & ANTONII VLRICI 1633.

VVILHELMVS Victoriosus M. Torquati ex HENRICO filio nepos ob. 7. splendidissimas Victorias sic cognominatus, cum posteris Brunsuicensem retinuit, & per abneptem CLARAM *Philippo* Grubenhagio elocatam, iterum suis eosdem coniunxit; Ex eadem enim stirpe sunt, scilicet, Torquati, M. auus, ALBERTVS Pinguis, pater fuit HENRICI Mirabilis primi GRVBENHAGIANORVM Ducis, cuius hic Philippus Trinepos est. VVILHELMVS cognominis filius VVilhelmi Victoriosi, captus à Comite VVonstorpensi circa Pilshagam, Anno 1451. deinde Ludouico Sonderano VVestphalo arcem Cœliopyrgam eripuit. *Grubenhagen.*

Filius HENRICVS Senior Hildesium obsedit, Hannoueram, & Brunsuigam oppugnauit, deinde in Frisiam mouit, & in obsidione arcis Orthglobo ictus ad ceruices, filio Iuniori HENRICO Ducatum reliquit.

Hic patri non dissimilis, ob continua bella mali cognomentum adeptus, ditione sua à Ioanne Friderico Electore Saxoniæ, & Philippo Landgrauio pulsus & captus, dimissus Goslariam occupauit, Brunsuigam obsedit, & Alb. M. Brandeburgicum ter prælio vicit.

IVLIVS post fratres in bello Marchico cæsos, in Ducatu Successor, ACADEMIAM in *oppido Helmstadio* fundauit, & Henricum Iulium genuit. *Academia Helmstad.*

OTTO Quartus Torquati filius ex Episcopo Verdensi ad Archiepiscopatus Bremensis dignitatem euectus, 1406. naturæ debitum soluit, & Bremæ sepultus est.

Filia *prima* M. Torquati, HELENA, vxor facta *Alberti* Regis Sueciæ, & D. Megapol.

Secunda AGNES nupsit *Bussoni* C. Mansfeldio, & post eum *Bugslauo* D. Retinensi.

Tertia ANNA *Mauritio* Comiti Oldenburgio elocata.

Quarta SOPHIA *Henrico* D. Mechelburgio.

Quinta CATHARINA post *Gerardi* D. Sclesuicensis mortem, ex *Erico* Tertio Duce Saxoniæ, inferioris Lauenburgenses propagauit. Fuit hic *Ericus* Abnepos *Ioannis* Primi, fratris ALBERTI Secundi Saxoniæ Electoris, vnde filij eius ERICVS IV. & BERNARDVS à Sigismundo Imperatore, mortuo Alberto Tertio vltimo Saxoniæ Electore, dignitatem eam prætenderunt; sed præteriti sunt, & ad Misnenses ea translata est, sicut & Ioanne Quarto superius nominato Electore vltimo Brandenburgico ex eadem Saxoniæ familia defuncto, eadem dignitas ad Zollerenses ijs neglectis peruenit. *Erico* fratri sine liberis mortuo in Ducatu successit BERNARDVS, hic cû FRIDERICO & Brandenburgico contentiones habuit, tandem peste abreptus, & Razebergi sepultus. IOANNES patris more, titulo Mareschalli Imperij vsus est, & cum Lubeca propter oppidum Melna ab auo ciuitati ademptum contendit. *Lauenburg.*

MAGNVS fratribus duobus celebris, ERICO primum Hildesheimensi, deinde Monasteriensi Episcopo, & IOANNE quoque Hildesiensi ex fratris resignatione.

Filius FRANCISCVS Anabaptistas Monasterij repressit, & Octogenarius decessit.

FRANCISCVS Iunior Philippo Hispaniarum Regi militauit, & 1580. Ducatus gubernationem suscepit, natus ei FRANCISCVS IVLIVS 1584. 13. Sept.

Auus IOANNIS I. & ALBERTI II. Saxoniæ Electoris BERNARDVS à Friderico Barbarossâ, exauthorato Hérico Leone, Saxoniæ Elector creatus, in Comitijs Herbipolensibus, huius Tritaui *Alberti* Quarti Comitis Ascaniæ & Ballenstedij Tritauus ALBERTVS Primus, filius fuit Beringeri, quem Carolus M. ex Baptismatis fonte suscepit, & Carolum nominauit, atque Ascaniæ & Ballenstedij Comitem creauit; Abauus eius ARIBERTVS à Constante filio Constantini, nepote Heraclij missus in Germaniam, & Vicarius Generalis Saxoniæ constitutus, ad Visurgim consedit, & auitam simul ditionem ad Hercyniam occupauit; hâc enim, quidam ex maioribus Beringus Francorum Tyrannidem fugiens dereliquerat, & in Italiâ secesserat, vbi apud Theodosium Iuniorem circa 431. Vrsinorum Principum titulum consecutus est. *Eorum Origo.*

Secun-

2. *Secunda* ANNÆ ex *Hermanno* Longo filia fuit MECHTILDIS, *Henrico* Ferreo D. Saganensi elocata.

3. *Tertia* BRIGITHA *Bertholdi* Comitis Hennebergij vxor, multa in Franconia, quæ pater ab auunculo suo dono acceperat (vti dictum) in dotem marito attulit.

4. *Quarta* ANNA Comitis etiam Hennebergij, *Ottonis* nomine vxor (vt Albizius in Anhaltinis) ideoque probabile valde, vnam ex his, ELISABETHAM Coniugem *Eberhardi* Greiner VVirtembergiæ Comites genuisse, vt expressè docet Laz. quamuis Albizius eam *Henrici* Hennebergij filiam nominet. Lapsus fortè, vt Laz. dum Ebethardum I. pro Greinero posuit, is enim mortuus 1253. Quãdo auus Hermanni Otto III. adhuc florebat; Hermannus verò ipse 1308. è viuis excessit. Henninges litem videtur dirimere in Hennebergensibus p. 404. dum errorem suum in Austriacis commissum prodit: Brigitham, scilicet, Henrico Hennebergensi, & non Bertholdo Coniugem assignans, & huius filiam Elisabetham Eberhardo III. siue Greiner Comiti VVirtembergensi; Ideo verò sic cognominatus, quod pluribus se opponeret, & bella excitaret. 1. enim Hochenbergenses ipse infestauit, deinde à Carolo IV. Aduocatus super Heilbrun, Erling, Reutling, & Vlman constitutus, cum exactionibus hæc grauaret, ab ipsis bello petitus, & circa Teitingen victus ac vulneratus, & filius VLRICVS interfectus est, sepulti ambo Stutgardiæ.

EBERHARDVS Vlrici filius afflictam Prouinciam pacifice administrans restaurauit.

Filius siue Iunior EBERHARDVS ditionem Montisbelgardi, paternæ per vxorem adiecit. VLRICVS successor, Nieswurz dictus, ob vxoris dotem, bellum cum Friderico Palatino gessit; sed in eo captus est, ac Studgardiæ deinde, quæ ei cum Tubingensi Comitatu in diuisione cum fratre LVDOV. obuenerat, mortuus, & sepultus est.

HENRICVS ex coadiutore Moguntino à Maximiliano I. Imper. Dux secundus VVirtembergensis, & TECCENSIS constitutus, ac successor patruelis EBERHARDI Barbati, quem primum idem Imp. Ducem nominauerat, vtpote qui ita subditos suos rexerit, vt securus in medio æstu, in campo, solus in gremio cuiuslibet dormire posset, itemque Tubingensem ad eosdem erudiendos ACADEMIAM erexerit: sine liberis decedens cuncta Henrico dicto reliquit 1496. sed Ducatu, vt frater Eberhardus Comitatu Montisbelgardi, priuatus, in Castro Hohenaurach captiuus mortuus est.

GEORGIVS filius fratris VLRICI quasi ruinam in nepote LVDOVICO præuidens 57. anno ætatis vxorem duxit, & FRIDERICVM progenuit.

" Hic dicto Ludouico sine prole mascula obeunte VVirtembergiæ Dux creatus est, & sub infeudationem Ducatus, quam VLRICVS patruus, à Domo Austriaca in restitutione Ducatus, quo à Sueuico fœdere fuerat expulsus, acceptarat, 400000. fl. redemit: ita tamen vt vix aliud, quàm præcisam sub infeudationem exemerit, cæteris ferè quo ad nomẽ, successionem, & obseruantiam Austriacis saluis manentibus, consensum etiam totius Ducatus Statuum accedente: sic & filius eius IOANNES FRIDERICVS 1608. omnibus se statutum in verbo Principis promisit; parum verò huius memor nepos IOANNES EBERHARDVS; ideoque armis Ferdinandæis post Nordlinganam victoriam Ducatu pulsus Strasburgum fugit.

Patruus LVDOVICVS FRIDERICVS patri IOHAN. FRIDERICO in Comitatu Montisbelgardi successit, & ex *Elisabetha Magdalena* Ludouici Landgr. Hassiæ filia LEOPOLDVM FRIDERICVM, & ex *secunda* IVLIVM FRIDERICVM genuit. Primus verò VVirtembergæ Comes factus CONRADVS ab Henrico IV. Imperatore, proauus Ludouici, Tritaui Eberhardi Greineri; Conradi verò Tritauus fuit aulæ Magister Caroli M. VVirtenbergæ Dominus, & Parisiorum Comes, vbi 811. sepultus est. Reusnerus Tritauum Greineri facit Iohannem nepotem Conradi, qui vixit circa 1100. & rubro marsupio in albo clypeo vsus pro insignibus, ex posteris VVittungi Francorum Regis, & VVirtembergam hinc dictam; quasi VVittungi montem. *VVirtebergensiũ origo.*

Secundus ANNÆ maritus fuit *Henricus* VI. & vltimus D. Vratislauiensis, pater eius HENRICVS Pinguis, Dux Lignicensis Vratislauiam Henrico Probo D. Vratislauiensi defuncto vi occupauerat; sed carò soluit; à Patre enim CONRADO Glogouiensi bello petitus, per insidias ab aulico suo, cuius Patrem supplicio affecerat, captus in Balneo Flumentaneo, & pene nudus Glogouiam ductus, in caueam ferream inclusus, in qua nec iacere, nec stare, nec sedere potuit; duo tantum habuit foramina. vnum per quod cibus porrigebatur; alterum pro excrementis egerendis, semestri integro sic cruciatus. Lytro 3000. Marcarum, & cessione aliquot oppidorum se redemit, paucisque post diebus 8. Calend. Martij 1296. obijt, & Vratislauiæ sepultus. Filius HENRICVS; placidus & imbellis Princeps fuit, tutorem habuit Henricum Episcopum Vratislauiensem, qui pupilli bona dissipauit. Eundem BOLESLAVS frater obstrictus ære alieno, mutationibus, & bellis vexauit; ideoque se & principatum Vladislai Loctici Regis Poloniæ fidei tradidit. Postea consilio ciuium *Ioanni* Bohemiæ Regi (cum nullos haberet masculos) eiusdem blanditijs, & pollicitationibus allectus Vratislauiam dedidit, solo oppido Gloza retento, anno 1327. à quo Regibus Bohemiæ hucusque permansit. *Lignicēsis & Brigensis.*

Quinque porrò filias suscepit ex ANNA, quarum Anonyma in Monasterio Künigsfeldensi vixit. ANNA *Ottoni* March. Brandenburgico, EVPHEMIA *Boleslao* Falckenburgio nupta. MARGARITHA Abbatissa, ad Sanctam Claram Vratislauiæ facta. Pater mortuus anno 1337. Anna deinde Pragam redijt, & ibidem obijt, ac sepulta est.

Pomeranorū origo.

ELISABETH *Vratislao* IV. Pomeraniæ D. collocata, eorundem magna Mater effecta est. Atauus huius *Vratislaus* V. Barnimi ex Gryphonum gente prælio ad Mersburgum contra Vngaros, sub Henrico Aucupe 93. clari abnepos: ab Ottone Episcopo Bambergensi cum filijs baptizatus: IVLINI EPISCOPATVM fundauit circa 1124. qui deinde CAMINVM translatus; ipse verò in somnis ad flumen Pene 1136. proditoriè occisus est.

Iulini Episcopatus fundatur. Caminum transfertur.

VRATISLAVS IV. Stetinum nouum condidit anno 1313. & vlteriorem Pomeraniam à Conrado I. Brandenburgico Electore recuperauit, in Rugiæ etiam Principatu auunculis sine prole mascula defunctis successit, in hac Sundæ sepultus.

BARNIMVS IV. cum fratre BVGSLAO V. Pomeraniam diuiserunt, datâ pensione primogenito fratri *ἄπαιδι Vratislao*, MONACHORVM PATER NOSTER dicto: partes Bugslaus Poloniam & Prussiam attingentes accepit, Barnimus reliqua tenuit, & Mariæ thronum fundauit, Camini humatus.

VRATISLAVS Septimus cum fratre BVGSLAVO Sexto, iterum bona partitus, breui ea ab ipso sine liberis mortuo recepit, captus in prælio Dangartino ab *Alberto Duce* Megapolensi.

BARNIMI frater VRATISLAVS Octauus per Hungariam Constantinopolim, indeque Hierosolymam profectus, Romæ ab Vrbano Sexto Papa rosâ aureâ donatus fuit. Filij huius illiberes *Vratislao* IX. sua reliquerunt.

Academia Gripswald. fundatur.


Hic concilio Constantiensi interfuit 1414. & Academiam GRIPSWALDENSEM fundauit 1456. ac eodem mortuus VVolgasti.

ERICVS Secundus Pomeraniam Orientalem à socero Bugslauo Nono, cum masculis careret, accepit; item ditiones Erici Primi Regis Sueciæ; fuere hi ambo nepotes Bugslaui Quinti Pomeraniæ Orientalis Ducis; Stetinensem etiam Ducatum mortuo *Ottone Tertio*, vltimo eius possessore consecutus, strenuè eundem contra Brandenburgenses defendit. Aldenæ quiescit.

BVGSLAVVS Decimus, mortuo Patruo *Vratislao* item X. Pomeraniæ hæres factus, controuersias cum Marchionibus Brandenburgensibus, ductâ filiâ Electoris Friderici Secundi *Margarethâ* sic composuit; vt Marchiones titulum, & insignia Ducum Pom. gererent, & his sine masculis obeuntibus succederent. Veneno à nouerca petitus, propinantem id ebibere, & crepare coegit: terram sanctam visitauit, & septuagenarius Stetini obijt.

GEORGIVS, cum fratre BARNIMO Nono, Augustæ 1530. feudum à Carolo Quinto Imperatore accepit, & indiuisi Ducatum gubernarunt, ac deformationem religionis admiserunt. PHILIPPVS cum patruo ditiones diuisit, & Orient. Pomeraniam, ac VVolgastum retinuit; feudum verò Ratisbonæ eidem Carolus Quintus 1541. contulit: tres filios reliquit: *Primus* IOANNES FRIDERICVS, qui in bello contra Turcam 1594. Imperij vexillum gestauit: *Secundus* BVGSLAVVS pater PHILIPPI Secundi 1573. FRANCISCI 1577. BVGSLAI 1580. GEORGII 158[illegible]. JOANNIS ERNESTI 1586. VLRICI 1589. & quatuor filiarum CLARÆ, ERMVTHIS, SOPHIÆ, & ANNÆ.

Tertius ERNESTVS LVDOVICVS, PHILIPPI JVLII genitor.



ANNO-

ARBOR IV.
Exhibens posteros GVTTÆ Filiæ RVDOLPHI I.

D. Brig: et Lioniz.

- (blank)
- Ioh: Christianus n. 1591.
- Ioach Frideric. Anna Anhaltina ducta 1572 19 May.
- Georgius 1580 Barbara F. Ioach: 2 M. Brand.
- Fridericus II. 1572. Sophia F. Frid: 6 M. Brand.
- Fridericus I. 1488. Ludmilla F. Georgii R. Boh.
- Ioannes 1453. Hedwig. Hen. Stign ex Ludo: I. Neptis.
- Ludouic. D. Lub. 1427. Margareth F. Ioh. D. Oppol.
- Henricus D. Lubensis.
- Henric. Stigmat. Hedwig. F. Henrici D. Glog. et Sag.
- Ludouicus Hedwig. F. Henrici D. Glog. et Sag.
- Margareth 1327. Boleslaus D. Brig. et Ligni. 1322.
- Wenceslaus Iola F. D. Teschiny.

R. Galliæ

- (blank)
- (blank)
- (blank)
- Ludouic. XIII Anna Maria F. Phil. III R. Hisp.
- Henricus IV. Maria F. Franc. M. D. Hetrur.
- Antonius de Vendosme. Iohanna F. Henr. R. Nau.

D. Condæus.

- (blank)
- (blank)
- (blank)
- Henric. Condæ N. F. Caroli D. Meinæ.
- Henric. Condæ 1520. Maria F. Franc: D. Niuers.
- Ludouicus borbon. M. Condæ. 1569. Leonora Rugana.
- Carol. D. Vendo: Francisca F. Renati D. Alenson.
- Maria Franciscus C. Vendosme.
- Petrus Lutzelb. Connest. F. N. F. D. Sabaudiæ.
- Iohanna Ludouic. Lutzelb Conest. F. 1475. oc
- Maria Robertus D. Barr. a Car: 4. 1411.

R. Angliæ.

- (blank)
- Carolus Henrica Maria F. Henr. 4 R. G.
- Iacobus 6. Anna F. Frid. 2. R. Daniæ.
- Maria R. Scotiæ Henricus Stuardus.
- Iacobus V. Rex Scot. m. 1542. Maria F. Claudij D. Guisy.
- Margaritha Iacobus 4 R. Scotiæ.
- Henric. VII. 1509. Elisabeth F. Eduart. 4 R. Ang.
- Edmundus Tyderius Margareth F. Ioh: D. Somorsetti.
- Catharina Ouinus Tyderius Cap. plex. 1425.
- Carol. VI. 1423. Elisabeth F. Stephani D. Bauar:
- Carolus V. 1380 Iohanna F. Petri D. Borbonij.

D. Sabaudiæ


- (blank)
- (blank)
- Victor Amadæus, Philibertus, Thomas. Christina F. Hen. 4 R. G.
- Em. Carolus Catharina F. Phil. II R. Hisp.
- Em. Philibert. m. 1580. Margareth F. Franc. I. R. G.
- Carolus m. 1554. Beatrix F. Em. R. L.
- Philippus Claudia de Pontieure.
- Ludouicus D. Sab. m. 1491. Anna F. Ioh. R. Cypri.
- Amadeus VIII Maria F. Phil. Auda: D. Burg.
- Gutta Amadeus 7. Co. Sab.
- Iohannes D. Bit. Iohanna F. Com. Armeniack.

M. D. Florentiæ

- Ferdinandus Matthias. | Ioës Car. Leopold.
- Cosmus Magdalena sor. Ferdin. II.
- Ferdinandus M. Christina F. Caroli D. Loth.
- Claudia Carolus D. Loth.
- Henricus II R. Galliæ. Cathrina F. Laurentij Medices.
- Franciscus I. R. Galliæ. Claudia F. Ludo. 12 R. Galliæ.
- Ludouica Carolus C. Angolis.
- Margaretha Philippus D. Sabaud.
- Carolus Agnes F. Iohan. D. Burg.
- Maria Iohan: I. Dux Borbonius

Trunk

- Gutta Iohannes Rex Franciæ.
- Elisabeth Iohannes Cæcus R. B. Henr. 7. Filius.
- Gutta Venceslaus Rex Bohemiæ.
- Rudolphus I



ANNOTATIO IN ARBOREM QVARTAM,

QVÆ EXHIBET

RVDOLPHI I. IMPERAT. HABSPVRGICI

EX GVTTA FILIA POSTEROS.



Octo filias RVDOLPHI recenset Henning. Peucerus vero *in Chronico*, & Cusp. septem; Lazius, Roo, & Rasch. sex; Heutr. denique tantum quinque puberes numerat; neque minus in maritis istarum, atque ordine Natiuitatis, vt videbis, variant. tres porrò ex his, Antistite Moguntino, & summo Pontifice Gregorio decimo adnitentibus, Comiteque Zolletiano mediatore (vt Guilimannus) Aquisgrani 3. Electoribus sunt elocatæ, 3. deinde aliæ tribus Regibus sunt desponsatæ. GVTTA *prima* secundum Heutr. & Henn. *filia* RVDOLPHI I. Cæsaris, octennis ferè adhuc *VVenceslao*, Ottocari Bohemiæ Regis filio desponsatâ fuit, circa annum 1277. cum parens vtriusque pacem per Brunonem Episcopum Olomucicensem, & Ludouicum Palatinum inter se fecissent, cum pacto successionis, de quo in Rudolpho supra dictum est. Cum vero deinde *Ottocarus*, *Cunegundis* vxoris insultationibus motus, arma rursum contra Cæsarem mouisset, & ad Morauam fluuium cum 14. hominum millibus cæsus esset, Bruno rursum iuueni filio pacem obtinuit, & sponsalia confirmauit. VVenceslai Tutela, & Regni administratio *Ottoni* Brandeburgicô, patris ex sorore nepoti commissa, quoad Rex adolesceret; is Episcopum Brandeburgicum, deinde rebus imposuit, & puerum Regem secum in suâ ditionem accepit, vndique reclamantibus Bohemis; quod enim metuebant, hoc euenit, Regnum scilicet miserè tractatum ob Reginæ viduæ, & Rauisij molitiones; vnde 1286. legatos ad Augustana miserunt Comitia, & VVenceslao 16. annorum Regnum tradi postularunt, & obtinuerunt. Nuptias verò Pragæ plusquam regio luxu celebrauit. Aderant præter alios Principes, & Episcopos quam plurimos, Cæsaris ambo filij Albertus & Rudolphus, centum hominum millia epulo quotidiano accepta fuisse refert Dubrauius. GVTTA porro tam commodis fuit moribus, vt viro paternæ cædis, & veterum off… iniuriarum memoriam omnem facile abstergeret. Commendatur & VVenceslai insignis in Deum pietas, ob quam à multis inter sanctos numeratus est. His ante annum exactum masculam prolem largitus est Deus, & non vt Hennin. *Tom.* 4. *pag.* 262. ANNÆ filiæ Belæ IV. Vngariæ Regis, quo nuntio exhilaratus Cæsar, Egram profectus, sacræ lustrationi præsens adfuit. Infanti paternum nomen VVENCESLAVS datum. Rudolphus dum Egram oppidum, & arces aliquot vicinas in dotem filiæ concessit, viroque & Regibus Bohemiæ Electoratus dignitatem cum pocillandi officio confirmauit. Regnum Poloniæ etiam, & Vngariæ adeptus est, atque huic filium præfecit 11. annorum natum; sed triennio post, ius illud in *Ottonem* Bauarum contulit. Princeps quietus, lentâ tabe consumptus Pragæ 9. Calendas Iulij 1305. ætatis 33. decessit, & in *Cænobio* AVLÆ REGIÆ ab ipsomet extructo sepultus, statuaque illi in sacrario erecta. Coniunx prima *Gutta* ex partus doloribus 1279. 16. Iunij concessit. Filius non diu post patrem regnauit; ebrietati namque & luxuriæ deditus, post annum à morte patris tertio Augusti Olomutij à Conrado Equite Turingo tribus vulneribus confossus est: *filias* reliquit *duas*, AGNETEM Duci Iauriensi *Henrico*, fratri Boleslai Ducis Mynsterbergensis nuptam, sterilem, & MARGARETHAM *Boleslao* Duci Brigensi & Lignicensi, horum ex ea propagatori. Vnus hic ferè Piasteæ familiæ, quæ quinta Regno Poloniæ præfuit, residuus est ramus, & hic ab ipso Piasto 16. generatione procreatus.

Cænob. Aulæ Regiæ extru. an.

BOLESLAVS homo ferox, & prodigus; fratrem enim suum VVENCESLAVM latrocinantem captiuauit, & Ducatum sibi Lignicensem cedere coegit; sicut & Olsnicensem Conrado extorsit; omnia verò ita decoxit, vt non tantum ciuitates, sed etiam liberos

Brig. & Lignic.

beros

betos Vratislauiensibus oppignoraret: Henricum etiam fratrem depopulaturus, nisi Regis Bohemiæ se beneficiarium fecisset: de Patre horum vide Annam F. Alberti.

Ecclesia Brigensis fundata. LVDOVICVS patris damna resarcijt, quin & fratri VVENCESLAO Lignitio cum auri venis recenter inuentis cessit, ac Brigæ Ecclesiam Collegiatam fundauit.

HENRICVS *Stigmaticus* defuncto RVPERTO, filio patrui VVENCESLAI, Dux etiam Liguicensis factus.

Cognominis filius perexiguæ ditionis Dominus, VVenceslai Vratislauiensis Episcopi, filij VVENCESLAI, fratris LVDOVICI, Ducatus Lignicensis hæres testamento scriptus, sed non factus; frater huius LVDOVICVS Sigismundo Cæs. carus concilio Constantiensi cum 150. Equitibus adfuit, & Ierosolymam inuisit.

LVDOVICVS Dux Lubensis Lubenam contra Hussitas defendit.

IOHANNES cum *Hedvvige* Coniuge, filia propatrui sui, Lignicensis Dux factus; sed ex eodem cum filio eiectus, prælio in die Ruffi 1452. victus, Vratislauiæ ex mœrore defunctus.

FRIDERICVS filius aliquamdiu exul in aula Friderici II. Elect. Brand. vixit, anno verò 1454. senatu Lignicensi per seditionem obtruncato, & Regio præfecto expulso, reductus cum matre, & operâ Achillis Germanici in Ducatu confirmatus, ac deinde Silesiæ Generalis præfectus proclamatus est.

FRIDERICVS II. Palæstinam inuisit, & aureum vellus inde consecutus est: bellum etiam cum Vratislauiensibus gessit, & 67. annorum ac amplius obijt, sepultus Lignicij.

GEORGIVS Lutheranæ fidei promotor 63. ætatis obijt.

Secunda VVENCESLAI senioris filia ANNA *Henrico* Duci Carinthiæ vxor data, ex eoque mater facta MARGARETHÆ Maultäsch.

Tertia ELISABETH, ex *Gutta* (& non *Rixa* vt Hennin. 4. p. 262. sed vt in Lutzelburgensibus p. 1. p. 158.) Rudolphi I. neptis, nata enim 1292. 20. Ian. aut 18. & mater eius mortua 1297. 18. Iunij, vt Mart. Boreck, *Ioanni* deinde Lutzelburgico Henrici VII. Imperatoris filio copulata, qui post duos Austriacos prædictum Henricum Carinthum, ob Annam Coniugem Regnum occupantem, eo expulit, & id cum sanguine ad hodiernos propagauit. Sed plura de eius nuptijs, & filio in sequenti, nunc tantum filiam eius auiæ cognominem, id est GVTTAM, prosequemur.

Nupsit hæc *Ioanni* Regi Franciæ Philippi Valesij filio, & *quatuor* ei masculas proles & *totidem* filias genuit: qui in Angliam captiuus cum duobus filijs abductus; sed hisce relictis obsidibus in Fráciam redijt, & magnâ vi auri secum assumptâ ad suos liberandos reuersus, ibidem obijt.

MARIA filia, *Roberto* I. Barri Duci à Carolo IV. Imp. creato, nupsit; Barrum hic muris cinxit amplioribus, Augustinianum Monasterium condidit, & Carmelitarum ædem apud Mediomatrices erexit: cum Metensibus confligens captus, & certis conditionibus dimissus, Barri in æde Diui Maximi quiescit. *Filius* huius LVDOVICVS, Cardinalis Portuensis, fratribus sine liberis defunctis RENATVM Andegauensem ex *sorore* sua *Iolantha*, & filia huius cognomine ac Ludouico Valesio nepotem adoptauit, Ducatumque per hunc ad Lotharingos transmisit.

BONA alijs IOHANNA soror Iolanthæ coniunx prima *Ludouici* Lucelburgici, Equitum apud Francos Magistri, capite iussu Ludouici XI. Fr. Regis plexi, PETRVM ei filium genuit Franciæ Comestabilem, & hic MARIAM fibulam primam Austriaci sanguinis cum hodierno Galliæ Rege; Abauo enim eius *Francisco* Vendomio nupsit, qui CAROLVM VIII. Fr. Regem in expeditione Neapolitana comitatus, in reditu Vercellis obijt. *Rex Galliæ*

CAROLVS filius primus Dux Vendomæ à Francisco Rege Franciæ creatus, *duos* filios genuit.

Primus ANTHONIVS Franciæ par. & Rex Nauarræ 27. ratione vxoris *Iohannæ*, vnicæ filiæ & hæredis Henrici Regis II. ductæ 1548. Veneno mortuæ Parisijs paulo ante nuptias filij; Ipse globo missili traiectus in obsidione Rotomagensi, occubuit.

Filius HENRICVS Rex Nauarræ post parentem 28. in nuptijs suis cum *Margaritha* Caroli IX. & Henrici XII. Regum sororis, ab illo captus; ab hoc vero sine prole moriente Galliæ Rex nominatus, & tanquam eiusdem proximior agnatus, vtpote S. Ludouici ex filio Roberto Claremontano, & huius Trinepote Francisco Vindonicensi pronepos, declaratus anno 1556. & sicariâ manu occisus, anno ætatis suæ 57.

Huic in Regno statim successit 9. annorum *filius* LVDOVICVS XIII. ac deinde 1615. sibi *Annam Mariam* Philippi III. Hispaniarum Regis filiam matrimonio copulauit. Frater AVRELIVS cognomine Ducatu potitur.

Secundus Caroli D. Vendomæ filius, LVDOVICVS Borbon, Princeps Condæus, & Hugonottorum Dux, in tertio ciuili bello Gallico, à Montesquio dedititius interfectus.

HENRICVS captus cum Henrico IV. in huius nuptijs, ab vxore Veneno sublatus, reliquit hæredem cognominem.

Primogenitus IOANNIS Fr. Regis filius CAROLVS V. sapientis cognomen adeptus, & studiorum singularis Mecœnas, totam penè Galliam Anglis fugatis recepit: vxor in puerperio filiæ CATHARINÆ tribus ante maritum annis extincta est.

CAROLVS VI. in æde Sancti Pauli 3. Decembris 1368. natus, hinc benenati cognomen tulit, vsum insignium trium liliorum reduxit: Flandros cruento prælio vicit 1382. 11. Cal. Decembris. Mentis inops factus Regni administrationem patruis reliquit, & ex quartana febre tandem obijt. Vxor sub Anglis *Lutetiam* occupantibus mœrore extincta est 12. post maritum annis; LVDOVICVS filius paulò post pugnam Azincurtum ἄπαις decessit, & in Delphinatu ei frater IOANNES etiam illiberis successit. Carolus ergò, fratribus defunctis, septimus Rex Fran-

Franciæ ope Iohannæ Arææ virginis, viri habitu assistētis, in Tulnēsi Diœcesi coronatus est, ac Anglos Picardia Campaniaq; expulit. Magduni ad Eborā viuere desijt, relicto Regni hærede LVDOVICO XI.

R. Angliæ. Soror CAROLI VII. CATHARINA, *Henrico V.* Angliæ Regi nupta, & eo mortuo *Ouino* Tyderio viro nobili, è VVallia oriundo, qui ob hoc à fratre Henrici V. Hunfredi Sicambri, bis in carcerē coniectus, & tandem capite plexus est. Pronepos est REGINALDVS polus Cardinalis: filius EDMVNDVS Tyderius, à fratre HENRICO VI. Angliæ R. Comes Richemondiæ factus est 1486. relicto regni hærede HENRICO VII. qui ex Gallia, ab Angliæ Principibus Richardi III. eiusque familiæ Lacastriæ tyrannidem non ferentibus, eo occiso VVestmonasterij Rex proclamatus est. Duos Regni hæredes se fingentes, cum socijs cōpressit, & tria cœnobia S. Francisci filijs fundauit; Richemondiæ vitam & Regnū *filio* HENRICO reliquit, ætatis suæ 52 Regni 24.

MARGARITHA filia, HENRICI VIII. soror, *Iacobo IV.* Stuardo Scotiæ Regi nupta 6. Id. Aug. 1500. hic in pugna cum Anglis nobilitatis florem, & 5000 Scotorum perdidit, ipseque propè Calsonem oppidum à clientibus Alexandri Humij interfectus, pœnas cōtra patrem impietatis luit, vtpote quē Astrologicis prædictionibus persuasum, à suis filiis exitium imminere, ac ideo proximos sanguinis seuientem per seditiosos sustulisse dicitur.

IACOBVS V. vix pubes factus, cū matre in Falcolandiam ab Arcibaldo Buglassio missus, sed inde deceptis custodibus elapsus, bellum Anglis intulit, cumque non ex animi cederet sententia, mœrore contabuit anno ætatis 31.

MARIA filia Posthuma 18 Decembr. 1542. fœmina omnium, quas sæculū elapsum tulit, pulcherrima, Scotiæ Regina coronata 1563 20. Maij, Galliæ verò *Francisco* Regi nupta 1558. 19. Aprilis, hoc defuncto 1560. *Henricum* Stuardum thori Regniq; socium adsciuit; hoc etiam à perfidis post biennium sublato, agnatum & sobrinū suum *Iacobum* Bothueliæ Comitem, à Spurio fratre Iacobo, tanquam ad perturbatum coniugis cæde regnum sustentandum optimum Athlantem, maritum accipiendum inducitur; sed paulo post eiusdem Jacobi cōsilijs à Regni proceribus capitur, ac custodiæ in Leuini lacus insula mancipatur. Ex hac elapsa & Hamiltoniorum copijs pro ea collectis, à Prorege dissipatis, ad maternos in Galliam amicos proficisci cogitans, per Angliam iter instituit, vbi ab Elisabetha detenta, & varijs dolis circumuenta carnificis potius securim collo, Catholica excipere maluit, 6. Idus Februarij 1587. quàm hæretica, capite Regias Scotiæ & Angliæ coronas viuens ferre.

IACOBVS ex Henrico Stuardo Mariæ filius, post patris obitum, & matris fugam, vix trimus procerum voluntate Scotiæ Regnum inijt, Prorege interim constituto vsq; ad eius legitimam ætatem: post obitum ELISABETHÆ Reginæ, ex eiusdem consilio, ad Angliæ Regnum vocatus, vtraque simul feliciter rexit ad 1625. 26. Martij. tam CAROLO filio eorundē habenas reliquit, qui eodem anno *Henricam Mariam* Henrici IV. Galliarum Regis filiam duxit.

Alter Ioannis Franciæ Regis *filius*, patri *Cognominus*, Dux Biturigum, sapiens & beneficus erga Ecclesiam, per filiam GVTTAM & MARIAM Austriacum sanguinem Sabaudico & Hetrusco commiscuit: cum PHILIPPO fratre, AVDACE vocato, Duce Burg. vbi Carolus VI. mentis titubatione, inhabilis regno factus esset, illud administrauit. Inde simultates ortæ inter Aureliæ, & Burgundiæ Duces Franciam fere perdiderunt, hinc Ludouicus Aurelianensis Caroli Regis frater, à Iohannis Burgundi, filij Philippi satellitibus, posteaque ipse Burgundus ab Aurelianensibus coram Delphino Carolo occisus est, ac ciuitas Parisiorum in manus Anglorum tradita.

Ducū Sabaudorū origo. Maritus Guttæ *Amadaus VII.* Sabaudiæ Comes, ad Insubriæ etiam principatum à ciuibus vocatus, bellum cum Sedunensibus gessit, ob fratrem EDVARDVM eorum *Episcopum*, secundo verò pulsum restituere volens, victus est, 4000. suorum amissis: deinde in venatione ab equo præcipitatus, fracto crure obijt. Trinepos hic fuit Humberti III. Com. Sabaudiæ, & hic trinepos Immodi abnepotis VVitekindi I. Saxonum Regis. filius enim Immodi vel Amadæi Bertholdus solum vertere coactus Moriennæ Comitatum instituit.

AMADÆVS VIII. Dux primus Sabaudiæ à Sigismundo Imperatore creatus 1416. rerum mundanarum pertæsus, eremum ingressus 1434. Ducatum filio LVDOVICO reliquit, postea verò in Cōsilio Basiliensi in Romanum Electus Pontificem, Felicis V. nomen accepit: sed Nicolao V. cessit 1449. ac tandem 1452. Ripaliæ ad lacum Lemanum in Monasterio Sancti Mauritij obijt.

PHILIPPVS Amadæi VIII. nepos Ducis primū Bressiæ, & Begiaci Comes, post obitum fratris AMADÆI IX. Ducis III. Sab. & nepotū ex hoc PHILIBERTI IV. Ducis, & CAROLI Ducis V. ac huius filij CAROLI II. Ducis 6. Dux ipse VII. factus est.

CAROLVS III. Dux Sabaudiæ IX. fratri Philiberto pulchro Duci VIII successit 1504. à Francisco I. Rege Galliæ Bernatibus & Friburgijs maxima parte principatus spoliatus, Vercellis mortuus.

EM. PHILIBERTVS exul Carolo V. militauit in Belgio, & in Germania, ab eoque Astæ comitatum in feudum accepit; militauit & Philippo Regi Hispaniarum ad S. Quintinum, tandem contracta pace inter Philippum Hispaniarum, & Henricum Galliæ Reges anno 1559. in paternum principatum restitutus est, ducta in vxorem Henrici sorore, hac conditione, vt si filij mares ex ea non nascerentur, Prouincia ad Regnum Galliæ rediret, obijt Taurini, & Vercellis sepultus, relicto vnico hęrede CAROLO EMANVELE, qui ex *Catharina* Hispaniarum Infante gloriosus plurium liberorum parēs factus est.

M. D. Florētia Filia altera Joannis D. Bituri: MARIA *Iohanni* primo huius nominis, & quarto in ordine Duci Barbonij, Aruerniæ Delphino elocata CAROLVM genuit, qui patre ad Azincurtum ab Anglis 1415. capto, & in Anglia mortuo, *Agnetem* Johannis Burgundiæ Ducis filiam accepit, & pacem per eam cum Anglis compo-

composuit, atque ex eadem pater factus est MARGARETHÆ, coniugis primæ *Philippi* Ducis Sabaudiæ VII. secunda huius vxor fuit *Claudia* de Pôtierna CAROLI III. Ducis IX. Sabaudiæ mater, vt linea exhibet; illa vero PHILIBERTVM pulchrũ Ducem VIII. Sabaudiæ genuit, cui in iuuentute sublato, frater ex Claudia successit: genuit item LVDOVICAM coniugem *Caroli* Angolismorum Comitis pronepotis Caroli V. Fr. Regis, ex filio Ludouico, patre Ioannis, qui in Angliam stipendiorum causa obses missus 1422. redux 1445. ex *Margaretha* Rohanensi CAROLVM suscepit, & hic ex *Ludouica* FRANCISCVM I. qui ductâ *Claudiâ*, filiâ Ludouici XII. post eundem regnum quoque consecutus est. Fuit hic Ludouicus filius fratris IOHAN. Angolismensis, CAROLI scilicet VALESII, & VALENTIÆ filiæ Galleacij Ducis Mediolanensis: vnde etiam cum frater huius PHILIPPVS Vltimus sine legitimis hæredibus obijsset, Mediolanum prætendit, & grauissima bella excitauit.

FRANCISCVS porrò & *Claudia* HENRICVM II. genuerunt, atque per eius coniugem *Catharinam*, Medicæum sanguinem suo atque Austriaco primũ miscuerunt. Parens huius LAVRENTIVS à patruo Leone, Vrbini Dux IV. constitutus, frater ALEXANDER à Carolo V. vrbe Florentina deuicta, Dux eiusdem, & aurei velleris Eques creatus 153. à Laurentio deinde Medicæo Petri Francisci filio dormiens interfectus est.

Huic COSMVS 16. tantum annorum à suæ gentis, & factionis Principibus successor nominatus, principatum contra matris *Mariæ* Saluiatæ suasionem ita inijt, atque gessit: vt difficile sit iudicare, plusnè fortunæ, an industriæ ipsius tribuendum sit. Senas Galliarum copijs profligatis in Cæsaris potestatem redegit, anno deinde 1557. à Philip. II. Hisp. Rege ingratijs, & quod magis mirũ est (verba sunt de Laet. p. 213.) inuito ipso, qui dabat, Senensis ditio, vti ei à parẽte Cæsare collata fuerat, in Cosmum translata est, exceptis Herculis portu, Telamone, Monte argentario, Orbitello, & plumbini arce. A Pio V. Pontifice Magnus Dux Hetruriæ appellatus 6. Cal. Sept. 1569. Cæsaris beneuolentiam fide & obsequio demereri studuit, & in eius clientelâ constantissimus fuit. Obijt 1574. 21. April. ætatis suæ 56. & Florentiæ in templo D. Laurentij iuxta vxorem *Eleonoram* Petri Toletani proregis Neapolitani filiam sepultus.

Primogenitus filius FRANCISCVS patri in gubernatione successit, & 13. huius anno 7. Id. Octob. Veneno sublatus, ætatis 46. Quare frater FERDINANDVS Cardinalatum, quo eum Pius V. in fratris quoq; IOANNIS locũ (hic enim ex vulnere in femore sibi à fratre Garzia illato, dum in Venatione de capto lepore contenderent, mortuus fuerat, & Garsias à Iohannis deinde famulo, Domini sui mortem vlciscente, occisus) ac mœrentis patris solatium ornauerat, reliquit, & Ducatus gubernationem suscepit, atque ex filia Caroli III. D. Lotharing. *Christina* COSMVM genuit, & hic ex *Magdalena* Ferdinandi II. Imperatoris sorore FERDINANDVM iam rerũ potentem, & fratres, inter quos MATTHIAS supremus tormentorum in Castris Cæsareis magister. Parens 1620. mense Martio vitam reliquit.

Primus, qui familiam hanc illustrauit, IOANNES Riccius, quando Florentinorum libertatem contra vice Comites Insubrium ei insidiãtes asseruit celebrior filius COSMVS, *Magnus* à rebus gestis appellatus; compatritiorum tamen inuidiâ captus, & liber in exilium Venetias missus; inde verò cum summo totius populi applausu reductus, sic rexit, vt PATRIÆ PATER appellatus sit, vti in tumulo eiusdem in S. Laurentio ab ipso extructo videre est, supra quadraginta myriades aureorum in publica & priuata ædificia expendit, & in causas pias supra 10. Obijt 1464. ætatis 75. Successit in principatu filius PETRVS, & sicut patens familiarium inuidiâ, patriâ excedere coactus, ac vt idem honorificè reductus rempub. sapienter administrauit. *Origo.*

Filij LAVRENTIVS. & IVLIANVS à Marsilio Ficino & Ioanne Argyropilo literis imbuti; simul ciuitatem feliciter gubernarunt, quam gloriam cum Pacciani ferre non possent, cum Saluiatis, & Hieronymo Riario factâ conspiratione, vtrumque in templo Diuæ Mariæ Annuntiatæ aggressi, Iulianum trucidarunt, frater Laurentius à Pacciano sacerdote vulneratus, à suis satellitibus morti ereptus fuit, & diuersis supplicijs nefas hoc in reis vindicauit.

IVLIANVS IVLIVM Posthumum filium reliquit, Romanũ deinde Pontificem Clementẽ VII. LAVRENTIVS IOANNEM item Romanum Pontificẽ Leonem X. & PETRVM in gubernatione successorem. Hic cum nimium Gallis studeret, cum tota familia in exilium actus est, & bona direpta, aut fisco applicata, ipse in Lyri flumine submersus est, filius eius LAVRENTIVS deinde à patruo Leone X. Vrbini Dux 4. constitutus, & totâ iterum familia erecta est.

IOANNES Heros mauortius, aut potius mars ipse; innumera quippe prælia felicissimè inijt; è manibus Venetorum, peculiaris alæ suæ legatum, instaurato prælij turbine ipse eripuit: Vorticoso Abdua tranato Gallos fugauit, Rhætos in Bergomate agro profligauit, Hispanos ad Mediolanum repressit, tandem in Castris tormento ictus ad Mincium expirauit.

Auus huius PETRVS FRANCISCVS, filius fuit LAVRENTII, fratris Cosmi Magni, cuius linea cum defecisset, Laurentij abnepos COSMVS II. successit.



ARBOR V.
Exhibens alios Guttæ et sororis Clementiæ posteros

R. Po[illegible] oniæ et Suec.

R. Vn[illegible] gariæ

Ferd Franciscus

Ferdinand' 3. Maria F Phil 3 R. Hisp

Ferdinand' 2. Maria Anna F Wilh D Bau.

Anna Catharina.

Carl. Ferd. Ep. Vratisl.

Ladisla' R. Pol. *Cæcilia F. Ferdinandi 2. Imp.*

Casimirus

Sigismundus 3. R. Pol. Anna et Constantia A A

Carolus *Maria F. Alberti D. Bau.*

Catharina *Iohannes Rex Sueciæ.*

Anna Ferdinandus I. *Imp.*

Sigismundus R. Pol. n. 1467. *Bona Sfortia F Galeacij D. Med.*

Ladislaus R. *Vng. et Boh. Anna F. Vesconis de Candala.*

Elisabeth Hæres. *m. 1505*

Casimirus R. Pol *n. 1427 m. 1492*

Elisabeth Albert. 2. Imp.

Barbara F. Hermanni C. Ciliæ.

Sigismund. Imp. *m. 1437.*

Maria Hæres Ung: *Sterilis.*

Hedwig Hæres *R. Pol.*

Ladislaus Iagellonius R. Pol.

Sconza vel Sophia D. Kiouiæ F.

Carolus 4. Imp *Elisabeth F. Bugislaii 5. D. Pom.*

Ludovicus *Elisabeth F. Stephani R. Bosniæ.*

Elisabeth *Iohannes Cæcus F. Henrici 7 R. Boh.*

Carolus Rob. *Elisabeth F Ladislai R. Pol.*

Gutta *Wenceslaus R. Bohemiæ.*

Clementia *Carolus Martell. R. Ungariæ.*

Rudolphus I.



ANNOTATIO IN ARBOREM QVINTAM, QVÆ EXHIBET ALIOS

RVDOLPHI I. IMPERAT. HABSPVRGICI

EX FILIABVS GVTTA ET CLEMENTIA POSTEROS.

PRoneptem pronepoti præmisi, ne maiorem sororem minori natu postponerem; maximè verò vt melius vtriusque liberorum & Regnorum coniunctio appareret. ELISABETHAM, GVTTÆ minorem filiam, hac ratione in vxorem accepit *Ioannes* Lucelburgicus. *Henricus* Carinthius maioris (vti supra) Coniunx, & Regni inuasor, dum proceres suspectos habet, & tanquam Regni dubius; pecuniam ex Cuthnæ argentarijs cõfectam, domum mittit, suorum animos ita exasperauit, vti palam de alio eligendo Rege, cui Elisabeth dicta nuberet, consilia inter se agitarent; Henricus id veritus, Aniconem de Quercu, maritum puellæ regijs nuptijs longè imparem, neque ob idipsum ad Regnum aspiraturum obtrudere parabat. Eâ re intellectâ, Elisabeth à proceribus adiuta in tutum locum fugâ elabitur, & Bohemi missis occultè Francofurtum ad Cæsarem nuntijs, IOANNI eius filio Regnum, & Regiæ puellæ nuptias paciscuntur. Mox etiam puella, quam occultissimo potuit itinere Spiram, destinatum prius locum. deducitur; vbi celebratis nuptijs. Joannes Regni insignibus à patre Cæsare acceptis, in Regem confirmatur, & cum valido Germanorum exercitu Bohemiam ingressus, à Pragensibus rectè intromittitur, deque omnium ordinum consensu coronatur, sacros ritus peragente Petro Moguntino, qui cum eo aduenerat. A Crucigeris deinde in Borussiam vocatus, aduersus Vladislaum Locticum, Regnum Poloniæ vastauit, & Bohemiæ adiecit: idem tamen postea Casimiro, Silesiâ retentâ, & 20000. Marcarum argenti ab eodem acceptis restituit. Vratislauiensi item, & Mynsterbergensi, cum Saganensi, Gurensi, & Olsnicensi Ducatu Regnum auxit. In Italia etiam bella gessit, & in Lithuania oculum ex graui aurâ amisit. Reuersus, & Ærarium exhaustum reperiens, adulterina monetâ subuenire conatus est: tandem affini Carolo pulchro Galliæ Regi opem laturus contra Eduardum IV. Angliæ Regem, ad Cressiacum cum multis proceribus occisus 7. Calen. Sep. emb. 1346. ac Luzelburgi sepultus in Ecclesia S. Mariæ.

Successorem habuit filium CAROLVM IV. Imp. qui Academiam Pragensem fundauit, Regnũ Silesiæ totius accessione amplificauit, Principibus illis edomitis, prout etiam de Bauariâ, & Voitlandiâ finitima Bohemiæ decerpsit, 27. Martij anno 1379. obijt, & in æde Diui Petri sepultus. *Filium* reliquit VVENCESLAVM successorem; sed ei ob desidiam & luxum deposito, *frater* SIGISMVNDVS etiam Imp. successit. Sub hoc bellum à Ziscka motum est, ac tandem Bohemi in Basiliensi consilio compositi sunt. Puer adhuc à Ludouico Rege Vngariæ. ob filiam ei *Mariam* desponsatam, in filium & successorem Regni eiusdem adoptatus est, mortuoque socero, cum vix ex Ephæbis excessisset, & Carolus paruus, interea Rex coronatus, ac violentâ sublatus esset morte, Regina etiam Socrus vidua à Johanne Horuatio Bano aquis submersa, Pannoniam cum exercitu ingressus, regijs susceptis insignijs, ac nuptijs celebratis, de Horuatio cæterisque proceribus Socrui rebellibus supplicium sumpsit; Vnde illi gentis maleuolentia concitata, & post infelix prælium cum Turcis ad Nicopolim armatis Comitijs, captus, necandus potius, quàm seruandus Garæ viduæ traditus: ab hac tamen magis promissis liber factus Regnum externo firmauit milite, & in Italiam mouit: Ex hac reuersus Znoymæ 5. Idus Decemb. 1427. mortuus est.

Ex *Barbara II.* Coniuge, ob impudicitiam malè audiente, *filiam* reliquit ELISABETHAM. quæ *Alberto* nupsit Austriaco huius nominis Secundo Imperatori, qui vtriusque Regni Coronam Imperiali

coniunxit, ita vt hic ter vno anno sit coronatus: biennio tantum eo potitus; post expeditionem enim contra Amurathem Turcarum Imperatorem, disenteria in Insula Schiti, propè pagum Megher, die Simonis & Iudæ 1439. obijt, in Alba regali prope socerum sepultus est. *Coniugem* reliquit Prægnātem LADISLAO Posthumo, vtriusque Regni hærede. Cum verò Vngari & Bohemi partum exspectare nollent, Ladislaus Poloniæ Rex, Iagellonis primogenitus Casimiri frater, in Regnum vtrunque euocatus est. Cæso deinde huic ad Varnam ab Amurathe, successit Posthumus Ladislaus, vocatus Austriacus, interim dum adolesceret, Regni Vngarici Gubernatore Ioanne Hunniade constituto, & Bohemici Podiebradio: cumque Ladislaus in apparatu nuptiarum 1457. Pragæ cum Veneni suspitione decederet, in Vngaria filius Hunniadis, Matthias Coruinus, è carcere Pragensi per Podiebradium liberatus, ad Regnum est eleuatus, & in Bohemia ipse Podiebradius est electus.

Ambobus hisce LADISLAVS Polonus, ex CASIMIRO LADISLAI filio, & *Elisabetha* Ladislai Posthumi sorore natus successit: Princeps iustitiæ, & quietis amator, Budæ 1516. 4. Id. Martij sexagenario maior mortuus, & cum coniuge ante eum defunctâ, sepultus est.

Filius LVDOVICVS 10. annorum, patri in vtroque Regno successit; vxor ei desponsata *Maria* Caroli V. & Ferdinandi I. soror; nullam verò ex ea suscepit prolem, immaturâ ac violentâ morte à Turcis ad Mohazum victus, in Muscoso flumine equo collapso extinctus est 15. ætatis, Christi 1521. Soror ELISABETH (ANNA deinde à patre, ad leniendum dolorem amissæ coniugis vocata) *Ferdinando I.* nupsit, & vtriusque Regni, vti & posteros, Reges fecit. Huic enim filius successit MAXIMILIANVS II. Isti duo filij RVDOLPHVS etiam II. & MATTHIAS I. huic FERDINANDVS II. & huius filius FERDINANDVS III.

Prima vero sanguinis Austriaci in Vngariam deductio, facta est per CATHARINAM. filiam quoq; RVDOLPHI I. coniugem *Ottonis* Bauari, nepotis Belæ IV. ex filiâ ELISABETH, *Henrici* Ducis Bauariæ vxore. Cum enim STEPHANVS Belæ prædicti filius à Cumanis, quos fouebat (ideoque hinc nomen Chunnus consecutus) miserè occisus esset, itemque filius eius Ladislaus, Andreas Venetus Regnum obtinuit, hoc etiam breui sublato, WENCESLAVS, scilicet Iunior Bohemiæ Rex, RVDOLPHI, ex *Gutta* filia, vt supra, nepos, 12. annorum Rex coronatus est; sed post triennium dicto Ottoni Bauaro suum ius contulit, & domum reuersus, Olomutij interijt; Ille ad Albam Regalem anno 1305. coronatus, quarto post anno à Ladislao vlterioris Vngariæ, ac Transyluaniæ Veiuoda captus, operâ ministri cuiusdam euasit ad sua, & ibi ad superos. Post fugam illius 1310. CAROLVS ROBERTVS, STEPHANI IV. ex MARIA filia, & hærede Regni, *Caroli* Claudi Neapolitani Regis coniuge Pronepos, & RVDOLPHI I. ex *Clementia* filia, & coniuge *Carolo Martello*, Claudij filio nepos in Regem inauguratus est. Atque ita ad Austriacum sanguinem Vngaria redijt. Regnum patris cōsilio pacificè vsq; ad 1324. vt Albiz. vt vero Reusn. & Gordonus vsque ad 1342. administrauit, quo vtrique mortui paucis diebus interiectis. Gordonus verò vult, quod filius regnum post patris mortem impetrarit. Frater enim Robertus auo in Sicilia successit, & inde post quæstio orta inter hunc & patruum, atque per Baldum huic Sicilia definita, alteri per Pontificē Vngaria impetrata.

Filium reliquit LVDOVICVM in Regno successorem, qui cum Venetis bellum habuit, & Iaderam Dalmatiæ Metropolim eis abstulit, ab auunculo etiam Casimiro adoptatus, eidem in Poloniæ Regno successit, atque virumque feliciter rexit. Ante mortem MARIAM filiam natu maiorem, *Sigismundo* Bohemo vt supra, puero adhuc desponsauit, & cum ea Regnum Vngariæ; HEDWIGEM *secundam VVilhelmo* Austriaco promisit, sed *Vladislao* Iagellonio, itemque Regnum Poloniæ cum ea dedit; *Tertia* CATHARINA *Ludouico* Duci Aurelianensi, Caroli V. Regis Franciæ filio desponsata, ante nuptias obijt. ELISABETH *Stephano* fibulato Bauariæ Duci cessit. Parens deinde obijt Tirnauiæ 2. Septemb. 1382. Regni quarto, & sepultus in Alba Regali.

IAGELLONIVS 14. Februarij baptizatus, & Rex inauguratus 1346. Scholam Cracouiensem perfecit, à Casimiro inchoatam: Crucigeros multis victorijs repressit; tandem pridie Calend. Ianuarij 1434. à morte victus est. *Quatuor* habuit coniuges. *Prima Hedvvigis* maximam partem Patrimonij pauperibus erogauit, Cracouiensem Academiam, & Ecclesiam liberalissimè dotauit, ac Pragæ peramplum Collegium Lithuanorum fundauit; filiam *primam* peperit ELISABETHAM Bonifaciam, triduo post partem defunctam. Mater vero ipsa in secundo partu obijt 12. Junij 1399. *Secunda* ANNA, filia *Hermanni* Comitis Ciliensis HEDWIGEM tantum genuit, *Friderico II.* Elect. Brand. desponsatam; sed ante nuptias Veneno à Sconza Nouerca sublata est. *Tertia Elisa Pellecia*, Palatini Seudomiriensis filia, sterilis fuit. *Quarta Sconca*, vel *Sophia* Kiouiæ Ducis filia, LADISLAVM & CASIMIRVM ei genuit: ille 16. annorum ab Vngaris Rex acceptus, & ad Varnam audacius pugnans, cum suis miserabili strage occubuit 6. Id. Nouemb. 1444. ac Regnum fratri Casimiro M. Duci Lithuaniæ reliquit. Hic post longam tergiuersationem 6. Calend. Quintil. 1447. Rex inunctus est, & Poloniam ab hostibus defendit, cum Matthia Rege Vngariæ bellum gessit in Silesia, Stephanum VValachiæ Palatinum Regno Poloniæ subiecit, & Borussiam bello perdomuit. Vxorem habuit *Elisabetham* Alberti II. Imperat. filiam, ex eaque *quinque* Reges, & *vnum* Cardinalem, ac *sex* filias genuit, earumque connubijs sibi, & domui Austriacæ de nouo omnes ferè imperij Principes, vt Rudolphus I. coniunxit. R. Poloniæ.

1. Filiorum VLADISLAVS aduersus Matthiam Coruinum in Regem Bohem. electus 1471. 26. Martij, à Friderico III. Viennæ 1477. insignia Regis accepit, & Matthiæ defuncto etiā in Vngaria subrogatus est, opere & fauore Beatricis Reginę Viduæ,

duæ, fratremq; Ioannem Albertum competitorem æquis conditionibus placauit. Cum Maximiliano I. Imp. etiã de successione in Vngaria transegit, & idẽ 16. Iulij 1515. Viennæ renouauit, nepoti illius *Ferdinando* I. promissâ *filiâ* ELISABETHÂ, aliàs ANNÂ dictâ, & filio suo LVDOVICO Mariæ, nepte Maximiliano I. desponsatâ, cui deinde sine liberis 4. Cal. Sept. 1526. extincto, vi pactorum & coniugis Ferdinandus I. successit; Pater Budæ 7. Idus Iunij 1492. sexagenario maior decessit, vt *Reusn.*

2. CASIMIRI filius patri *cognominis*, in Vngariæ Regem à proceribus quibusdam contra Coruinum electus, & profectus est 1471. sed infœlici conatu; Reuersus in Lithuaniam, & graui morbo correptus, mori potius, quàm castitatis & pudicitiæ iacturã de medicorũ consilio subire, constantissime elegit, purissimamq; animã ætatis suæ 25. Christi 1483. efflauit Vilnæ, ibiq; in Basilica honorificè sepultus, & propter singularẽ sanctitatẽ, quã Deus plurimis miraculis testabatur, à Leone X. in SS. numerũ relatus est.

3. IOANNES ALBERTVS patri in Regno Poloniæ successit 1492. 6. Cal. Sept. contra VValachos florem nobilitatis Poloniæ amisit 1496. & contra Crucigeros mouẽs, Toruni in Borussia apoplexiâ tactus, animam cœlebs quoq; exhalauit 15. Cal. Quintil. 1501. & in Basilica arcis Cracouiensis sepultus est.

4. ALEXANDER fratri dicto successit, & cum Moschis bellũ gessit, Tartaros, Tauricos apud Clericum insignibus prælijs per Michaëlem Glinscium Equitem Lithuanum profligauit, eo ipso tempore, quo animam agebat, 14. scilicet Calend. Sept. 1506. Vilnæ in Basilica iuxta fratrem *[illegible]* sepultus.

5. Huic frater SIGISMVNDVS subrogatus 24. Ianuar. 1507. *Scythas* bis vicit, Moschos etiã magnis cladibus affecit, Pomeranos, Stolpenses, Crucigeros, ac VValachos suo parere imperio coëgit, & Albertum M. Brandenburgicũ vltimum Ordinis Teutonici in Borussia Magistrum Cracouiæ in foro solennibus cæremonijs eiusdem Ducem creauit, & ius hæreditarium ipsi ac fratribus CASIMIRO, & GEORGIO, horumq; hæredibus concessit: Vngariæ, Bohemiæ, & Sueciæ regna oblata respuit. Decessit *Cal. Apr.* 1548. ætatis 81. Cracouiæ in Basilica sepult⁹.

Filius vnicus SIGISMVNDVS, cognominatus Augustus, patris in Regno successor, eiusdem exemplo Gothardum Kettler, vltimũ in Liuonia ordinis Crucigerorum Magistrum, Curlandiæ, & *Semigalliæ* Ducem creauit; sed ex *tribus* vxoribus, quarum *prima* *Elisabeth*, filia Ferdinandi I. Imper. *secunda Barbara* Raziuilia, *tertia* ex Pontificia dispensatione primæ soror, nullâ susceptâ prole obijt, & cum ipso Iagellonia familia KNISSINIÆ in Lithuania 9. Quint. 1571. extincta. Regnum deinde Henrico Valesio, Henrici Secundi Regis Franciæ filio oblatum est, & magnâ pompâ Cracouiæ 21. Februarij 1574. inauguratus. Cum verò fratris Caroli morte auditâ hoc reliquisset, vt Galliæ coronâ potiretur, illud à quibusdam proceribus Stephano Bathorio cum coniuge Anna Sigismundi Augusti sorore; ab alijs verò Maximiliano, Secundi huius nominis Cæsaris filio delatum est; Sed hunc ille in Regni ingressu præuenit, & solenniter coronatus est 1576. Huic, pòst decennium cum Veneni suspicione, sublato subrogatus est filius alterius sororis *Sigismundi Augusti*, scilicet Catharinæ *Sigismundus* eiusdem nominis Tertius. Pater huius fuit *Ioannes* Sueciæ Rex, qui Patri *Erico* in maniam lapso, in eodem Regno successit, & bellum à fratre cœptum contra Fridericum Secundum Daniæ Regem per biennium continuauit. Ambo filij fuêre *Gustaui*, qui sub auunculo suo Henone Stur Regni Sueciæ Gubernatore educatus, sub eiusdem successore Suantone Stur militiam ita didicit, vt Christierni II. Daniæ, & electi Sueciæ Regis tyrannidem à patria sua armis auerterit, atque huius coronâ ornari meruerit. Patrem eius Ericum Trolle, auratum equitem, dictus Christiernus cum 60 proceribus, & duobus Episcopis, postquam triduo eos conuiuio excepisset, trucidauit: ipsum etiam captiuum in Iuliam abduxerat; sed mutato habitu elapsus, patrem, patriamque vindicauit. Auus IOHANNES CHRISTIERNVS Eques auratus Brigittam Stenonis Stur sororem in vxorem habuit, & patrem Christiernum III. Regni Sueciæ Drucidam & Archidapiferum. Origo.

Porrò SIGISMVNDVS III. viuente adhuc patre Sueciæ Rex 1553. coronatus, deinde 1587. in Poloniam euocatus, & Cracouiæ 17. Decembris inauguratus, plurima cum Moschis & Turcis bella gessit, easque ab his, quas vix vllus Christianorum Regum victorias retulit; Duas habuit coniuges, *prima Anna* Caroli AA. filia, soror Ferdinandi II. Imp. ducta, & coronata 1592. 21. Maij, mater LADISLAI, qui ob insignem patri Regnoque in bellis præstitam operam, & virtutum edita specimina patris in Regno successor est electus. *Secunda* prioris ex Pontificia dispensatione soror *Constantia*, IOANNEM CASIMIRVM hodie in Cæsareis Castris belli Ducem genuit, deinde IOANNEM ALBERTVM Cardinalem & Episcopum Cracouiensem, mortuum 1634. *Tertio* CAROLVM FERDINANDVM Episcopum Vratislauiensem. *Quarto* ALEXANDRVM defunctum 1634. denique ANNAM CATHARINAM mater horum 1631. infra octauam Corporis Christi è viuis excessit; Pater 1632. 30. April. Coniugem secutus est.

6. CASIMIRI filius FRIDERICVS, ex Archiepiscopo Gnesnensi, & Episcopo Cracouiensi, Cardinalis Diaconus Titul. Sanctæ Luciæ, & Presbyter in septem solijs creatus 1488. pridie Idus Martij, ac 1503. obijt.

Filiarum Casimiri & Elisabethæ Austriacæ, *Prima* HEDVVIGIS *Georgio* diuiti Bauariæ Duci nupsit cum dote 32000. aureorum. *Secunda* SOPHIA, insigne cum multis vinculum, vt peculiari annotatione ad finem patebit, *Friderico V.* M. Brand. despõsata, obijt 1512. *Tertia* ELISABETH bimula mortua. *Quarta* ELISABETH par ferè Sophiæ Ducis Lig. & Brig. *Friderici* II. vxor, mortua fuit 1517. *Quinta* ANNA *Bugslauo* X. D. Pomer. copulata, obijt 1503. *Sexta* BARBARA coniunx *Georgij* Ducis Saxoniæ & M. Misniæ, mortua 16. Calend. Februarij 1534.

Knissinia familia extincta.

ARBOR VI.
Exhibens posteros MECHTILDIS Filiæ RVDOLPHI I. ex Filio Rudolpho

Heidelbergensis.

Carolus Robertus. Henricus Fridericus. Charlotta. Loysa.

Frideric⁹ 5 El. depositus. Elisabeth F Iacobi Regis Ang.

Frideric⁹ 4 El Ludovica Iuliana F Wilh C. Nassovij.

Ludovicus El. m. 1583 Elisabeth F Philip Landg Hass.

Frideric⁹ 3. El. m. 1576 Maria F. Casimiri M Brand.

Iohannes 2. m. 1557. Maria Iacoba C. ab Oetting

Iohann Simerensis m. 1519. Iohanna F C Ioh. Nassou.

Frideric⁹ Simeren et Spanheim m. 1486 Margareth F. Arnoldi D. Geldriæ

Lutzelstein.

Iohan Frideric⁹ n. 1604.

Georg Gustauus m. 1634. Maria Elisa F. Iohan C. Pal.

Georg Iohann m. 1592. Anna Maria F R. Sueciæ

Rupert⁹ in Lutzelstein m. 1544 Vrsula Rhengraffia

D. Neoburgensis

Philipp Wilhelmus n. 1615.

Wolff: Wilhelm⁹ Magdalena F Wilh. D. Bau.

Philip Ludovic⁹ m. 1614. Anna F. Wilhelmi D. Cliviæ.

Wolffgang Bip. m. 1569. Anna F Phil L. Has.

Ludovic⁹ Bip m. 1503 Elisa F Wilh L. Hass.

Alexander Bip. 1514. Margaret F Craftonis C. Hohenloë.

Ludovic Nig m. 1489. Ioanna de Croy

Stephan Bip. m. 1444. Anna F Frid. ult. Com. in Veldenz

Rupertus Imp. m. 1410. Elisa F Frid Burg. Nor

Rupert⁹ i. El. Beatrix F Petri R. Ar et Sic.

Adolph Simp El m. 1585 Irmengard F Ludou. 5 C. Oeting.

Rudolphus El Mechtild F. Adolphi Nassouij Imp

D. Bipontinus.

Ioannes Bipōt et 3 Fratres Loysa Iuliana Com Frid. 4 El Pal. F.

Ioannes Bip. Magdalena F Wilh. D. Cliviæ.

Otto Henric⁹ de Neuburg El. Imae 1529. Susanna F Alb 2. D. Bau

Rupertus Vict m. 1504. Elisa F Georgij Du. D. Bau.

Philip Posth El. m. 1508. Margareth F. Ludov D. Bau.

Ludovic. mitis El m. 1438. Margareta F Amadei 8 D. Sabaudiæ.

Ludovic. Barbatus El m. 1438 Mechtild F Amad. 8 D Sab.

D. Spanheim.

Fridericus Georg Wilhelmus n. 1596. Christianus n. 1598.

Carol⁹ de Spanheim Dorothea F Wilh Iun. D. Bruns.





ANNOTATIO IN ARBOREM SEXTAM.

Qua


EXHIBET POSTEROS MECHTILDIS FILIÆ

RVDOLPHI I. IMP.

HABSBVRGICI,

EX FILIO RVDOLPHO.

Bauariæ Ducum & Palatinorũ origo.



VDOVICVS, cui *Mechtildis* nupsit, *Senior* appellatus, fuit natus ex OTTONE IV. vtriusque Bauariæ Duce & *Agnete* Henrici Saxonis & Palatini Elect. filia, quæ Palatinatum Rheni, Ottoni attulit. Fuit hic OTTO filius *Ludouici* Primi Ducis Bauariæ, Straubingæ conditoris, nepos *Ottonis* Maioris, Conditoris Kelhamij, qui à Friderico Primo Dux Bauariæ creatus in locum proscripti Henrici Leonis, Trinepos *Ottonis* Primi Palatini Bauariæ & Schyrensis Comitis ab Henrico Secundo Imperatore creati, & Kelheimensi ditione donati; Abauus huius fuit *Arnolphus* Rex Bauariæ, post patrem suum *Arnolphum* malum, Imperatoris *Arnolphi*, vel vt Reusnerus, Leopoldi ex Caroli M. prosapia filium, à Diabolo, vt quidam volunt, abreptum; alij inter prandendum spinâ piscis in trancheam arteriam illapsâ dicunt suffocatum; sed ob rebellionem ab Ottone Primo Imper. Bauariâ priuatus, & hæc Henrico Rixoso collata, contra quem pugnans circa Ratisbonam telo confossus est 953. *Arnolphus* vero Imperator abnepos fuit *Caroli* Magni, & hic atnepos S. *Arnolphi* ex Dota filia, & hærede Caroli Hasbaniæ Principis: Ipse *Arnolphus* Atnepos fuit Pharamundi V. Franciæ Orientalis Ducis, qui hac fratri relictâ per arma Regnum Galliæ sibi vindicauit, eiusque Rex Wirceburgi est coronatus 419. 8. Calendas Maij. LVDOVICVS porrò Mechtildis coniunx resedit Monachii, & in odium Augustensium condidit arcem, & oppidum Fridbergam: tres habuit coniuges, *Mariam* Brabantinam Diuæ Elisabethæ consanguineam, quam ob falsam suspicionem cum Henrico Ruccone Decurione suo (huic enim literas scripserat, quæ in manus mariti peruenerunt, cum illa esset Werdeæ apud Elisabetham sororem & Reginam Hierosolymorum) indictâ causâ securi percuti iussit; Heliciam Virginem Prennebergensem nobilem cultello transfodit, mulierem Gynecæo præfectam de turri præcipitauit: proditorem, qui ista detulerat, ferro necari mandauit anno Christi 1256. vel vt alij 1255 14. Calend. Februarij. Maria in Werdeæ Cæsareo Monasterio ordinis S. Benedicti sepulta. Ob hæc mirandam habuit & horrendam visionē, qua vna nocte factus est canus, & inde pœnitentia ductus Monasterium in Bauaria supra Ambram, quod Principis campus, patria lingua Fürstenfeld dicitur, exstruxit, & donarijs ac censibus locupletauit. *Secunda* eius vxor fuit *Anna* Conradi Ducis Glogouiensis in Silesia filia, ex qua etiam LVDOVICVM genuit, cui *Anna* Friderici Lotharingiæ Ducis filia desponsata erat, sed Norimbergæ in hastiludijs lanceâ à Cratone Comite ab Hohenloe perfossus interijt 1282. manuscr. 1289. ponit, Furstenfeldæ sepultus. Coniunx 22. diebus tantùm Mariti consuetudine vsa, tristis ad suos reuersa. *Tertia* vxor Ludouici, prædicta, Rudolphi I. Imperatoris filia *Mechtildis* fuit, ex qua hos liberos genuit, RVDOLPHVM scilicet primogenitum Palatinum Rheni, qui vxorem duxit *Mechtildem* filiam Adolphi Nassouij, quem cum Alberto Austriaco diu frustra in concordiam redigere conatus est, soceroque in prælio ab hoc occiso, cum paucis Wormatiam vix elapsus est: à LVDOVICO fratre, quod Friderico Austriaco auunculo adhæreret, expulsus in Angliam, ibi mortuus est 1319. feriâ 6. post diem Diui Oswaldi, filiam reliquit MECHTILDEM nuptam, vt quidam putant, *Iohanni* Comiti Spanhemio, & filios tres RVDOLPHVM II.

cæcum

cæcum cognominatum, patrem ex *Anna* Ducissâ Carinthiæ ANNÆ vel AGNETIS, vxoris *Caroli IV.* mortuum 1327. & RVPERTVM *Rufum*, qui ambo patri in Electoratu successerunt; Hic Academiam Haidelbergensem primus instituit anno 1364. Reusner. 1346. & contra impostorem quendam, qui se VValdemarum Brandenburgicum March. simulabat, cum Ludouico Brandenburgico agnato profectus, ab ipso captus, per Carolum IV. Imperatorem magno labore redemptus, obijt deinde 1385.

Tertius horum frater ADOLPHVS fuit, dictus *Simplex*, Princeps quietus, & pacis amator, partem suam inferioris Bauariæ, JOHANNE vitâ functo, Ludouico Cæsari reliquit, & cum esset secundo genitus, Electoratum fratri tertio RVPERTO cessit.

Filius tamen eius RVPERTVS illis sine prole mascula defunctis in Electoratu successit, cognomento *paruus*; oppida Bauariæ inferioris, Bohemiæ contigua, quæ Carolus IV. Imperator dotis nomine cum Agnete dicta, aut pignoris loco ad se traxerat, armis repetijt, Ambergæ mortuus 12. Februarij 1398. & ibidem sepultus.

FILIVS patri cognominis, VVenceslao ignauo deposito, Imperator est electus: In Italiam ad retundendam Iohannis Galleacij Ducis Mediolanensis nimiam potentiam transcendit, in Germaniam reuersus quietè vixit, & in Oppenheim è viuis excessit, 15. Calend. Julij 1410. sepultus Heidelbergæ vnà cum coniuge in æde Sancti Spiritus, quam exstruxerat: Filias habuit MARGARITHAM *Caroli* Ducis Lotharingæ, ELISABETHAM FRIDERICI Ducis Austriæ, & AGNETEM *Adolphi* primi Ducis Cliuiæ vxores.

Ex filijs 6. duo tantum Stemma propagarunt, RVPERTVS enim Pipan, siue Pipinus, cum Sigismundo Rege Hungariæ ad Nicopolim contra Turcam infeliciter pugnauit, domum reuersus, *Amberg.* 1395. mortuus est. Frater huius IOHANNES Neoburgicus Cœnobium MONTEM GRATIÆ dictum instituit: filium habuit vnicum CHRISTOPHORVM in Regem Daniæ electum, qui in mari magnam passus iacturam, in belli apparatu contra Lubecenses Helsenburgi Id. b. Januarij 1448. nullis relictis liberis obijt, sepultus in templo Cathedrali Rotschildæ. FRIDERICVS Ambergæ sedit, vnde & dictus Ambergensis vel Amberus, etiam illiberis obijt. OTTO *Mosbacensis* cognominatus, quatuor filios genuit, & hi nullum.

LVDOVICVS cognomine *Barbatus* & *cæcus*, Princeps pace inclytus, ac Constantiensis Concilij 1415. præfectus, iuuenis in Palæstina militauit, Teutonicis in Borussia auxilio venit, vti & Sabaudis contra Lotharingos. Senex literas Latinas didicit, obijtque secundum Reusn. 1438. secundum Albiz. 1449.

Filius primogenitus LVDOVICVS, à moribus *mitis* dictus, in iuuentute obijt. Ei mortuo natus Posthumus PHILIPPVS, cognominatus *ingenuus*, proscriptus à Maximiliano Imperatore multum suæ ditionis perdidit: Tutor huius, & vice-Elector fuit patuus FRIDERICVS, vocatus *Victoriosus*, quod vno prælio tres Principes VVirtembergensem, Badensem, & fratrem huius Carolum Episcopum Metensem vicerit, cœperitque.

PHILIPPO in Electoratu successit, filius LVDOVICVS, de nouo foro, & huic FRIDERICVS II. cognomento *pius*, meliùs verò impius, quod verâ abolitâ religione falsam in Palatinatum induxerit, mortuus 1556.

RVPERTVS secundo genitus frater, cum patre proscriptus, pœnas luit, diuitis vxoris ductæ, & resignati ob hanc Episcopatus Frisingensis: victus enim in bello, quod propter coniugis hæreditatem contra Maximiliani I. Imperatoris voluntatem gesserat, cum eadem veneno necatus est.

Filius OTTO HENRICVS Patruo in Electoratu, & nouâ religione successit, & vt ille, sine liberis à Deo ex hac vita euocatus: Frater huius PHILIPPVS 1529. Viennam contra Turcam vicies eam oppugnantem cum immortali laude defendit: Deinde Vlricum VVirtembergium in sua reducens, ad Lauffem in pede vulneratus obijt 1548.

In Electoratu successit abnepos STEPHANI Bipontini, FRIDERICVS III. qui Caluini placita in Palatinatum induxit; Quo verò successu, exitus pronepotis probauit. Friderico enim mortuo 26. Octobris 1576. LVDOVICVS in Electoratu successit, qui hæredem eiusdem quarto Idus Octobris 1583. reliquit FRIDERICVM IV. ex prima coniuge *Elisabeth*, filia Landgrauij Hassiæ procreatum; hic obijt secundum Albiz. 1611. relicto pupillo FRIDERICO V. sub tutela Iohannis Bipontini, præterito agnato proximo, Philippo Ludouico Neoburgico Palatino, quod Religionem reformaturum, & immutatam Augustanam Confessionem introducturum timeret; Pupillus deinde Iacobi VI. Britanniæ *Regis filiam Elisabetham* duxit, & Londini nuptias celebrauit 24. Februarij 1613. multos cum ea liberos procreauit; sed ob Bohemiæ Regnum malè acceptatum, ex eodem armis pullus, ab Electoratu depositus, obijt in expeditione Suecica iuxta Moguntiam, atque dignitas Electoralis Ratisbonæ 162?. Maximiliano Bauariæ Duci collata est.

Felicius altera STEPHANI Bipontini ex LVDOVICO *Nigro* filio, habet progenies. Pater Bipontinus, & Obrincanus Comes factus est, ob coniugem *Annam* eorundem Comitatuum hæredem; Sicut frater PIPAN vocatus, Sponhemium cum *Elisa* filia Iohannis vltimi huius Comitis accepit, & ab hoc sine liberis moriente Stephanus.

FRIDERICVS filius, in diuisione cum fratre LVDOVICO obtinuit anteriorem & posteriorem

riorem partem Comitatus Sponhemensis, ipsamq; Vrbem, & arces aliquot; sed cum hæ valdè oppignoratæ essent alteri fratri concessit, & se Ducem Simmeriæ & Spanhemij scripsit.

IOHANNES I. heros non tam militiæ, quam pietatis amans. IOHANNES II. Princeps fuit pacificus, literatus, & literatorum patronus, ac supremus Imperialis Cameræ iudex. De posteris huius iam superius dictum est.

LVDOVICVS *Niger* cognominatus in diuisione Comitatum Bipontinum & Veldenzianum accepit: grauia bella gessit ob Theodoricum Isenburgium pro Moguntino Archiepiscopatu, sed victus multa Veldenziani Comitatus oppida, ac tandem vitam amisit 1489. Albiz.

ALEXANDER pacem coluit, & Palæstinam inuisit, quiescit Maisenhemij.

LVDOVICVS Carolo V. militans Franciscum Galliæ Regem ad Traiectum repressit, armisque exuit, vitam verò suam 1533. relicto filio septenni VVOLFGANGO.

Hic in iuuentute Latinis imbutus literis, adultus duas scholas HORNBACHIANAM & LAVINGANAM condidit: Ciuilibus bellis Germaniæ se miscere noluit: Gallicis tamen cum vitæ dispendio se immiscuit; cum enim 6000. equitum, & 26. cohortes peditum suæ Religionis hominibus adduceret, laboris assiduitate, febre correptus, Nessuni obijt 1569. *Tribus filijs* relictis, qui defectum lineæ Ludouici Barbati in Ottone abnepote abundè suppleuerunt.

PHILIPPVS LVDOVICVS aulam suam habuit Neoburgi ad Danubium, cum vxore, socero sine masculis defuncto, jus in Cliuiam, Juliacum, & Bergam prætendit, filius VVOLFGANGVS VVILHELMVS, abiuratâ falsâ Religione auitam maiorum amplexus, ex *Magdalena* filia VVilhelmi Bauariæ Ducis PHILIPPVM VVILHELMVM genuit, Principem summæ exspectationis, vtpote literis, & moribus ornatissimum, atque in omnibus equestribus exercitijs versatissimum.

JOHANNES alter VVolffgangi filius, sedem suam Biponti fixit, trium filiorum pater, JOHANNIS 1585. 26. Martij, FRIDERICI CASIMIRI 1585. 10. Junij, & JOHAN. CASIMIRI 1589. 10. Aprilis.

CAROLVS aulam suam habuit in Birckenfeld, arce Comitatus Spanhemensis, GEORGIVM VVILHELMVM 1591. 6. Aug. FRIDERICVM verò 1594. 19. Octobris, filios accepit.





ARBOR VII.

Exhibens posteros Mechtildis ex Filio Ludovico Imp.

Elector Colon: et Bau. cum Ducib. Bauariæ | Princeps ab Hohenzollern | D. Mantuæ | Imperatrix | D. Mutinæ | M. Brandeburg. | P. Transyl. | El. Brandeb. | M. Onspac.

Franciscus

Frid: Wilhelmus

Franciscus Ludovicus

Leonora Imp.

Alphonsus N. F. D. Sabau. ductas 60 ...

Cathari. Princeps Transyl.

Georg Wilhelm. Elisab. F. Frid. 4 El. Pal. 2. Elisa Anhalt.

Ferd. Maria F. I. W. n. 1636.

Joh. Fran. Car. Ferd. Guilel. Max. Henric. Alb. Sigismund.

Eitlfrideri. N. C. de Berg.

Carol. D. Nivers. Catherina F. D. Sabaudiæ

Vincentius Leonora F. Franc. M. D. Hetrur.

Cæsar Virginia F. M. D. Het.

Christian: Wilhelm

Johan Sigmu. Anna F. Alberti D. Prus.

Albertus n. 1620.

Maximilianus El. Maria Anna F. Ferd. 2. Imp.

Ferdinandus El. Col.

Albertus

Johan. Georgius Sibilla Rheingr.

Ludovicus Henrica Heros D. Nivers.

Guilihelmus Leonora F. Ferd. I. Imp.

Julia Alphonsus M. Montechy

Joach. Frider. m. 1608 Catharina F. Joh. M. Brand.

Christina

Joachim Ernestus m. 1625. Sophia C. a Solms

Ep. Osnabrug.

C. Wartenberg.

Wilhelmus Renata F. Francis. D. Loth.

Eitlfrideric. Sibilla C. de Zimern

Frideric. 1540 Margareth. F. Wilhel. Palæologi Heres Montfer.

Leonora Franciscus Maria D. 3. Vrbini

Johan. Georg. Sophia F. Frid. 2. D. Lign.

Franciscus Wilh.

Maximilianus Soci. IESV

Ferdinandus Ernesti Bonno

Albertus 1528. Anna F. Ferd. I. Imp.

Carolus Anna M. Badensis.

Joannes Joãna C. de Zolleren

Francisc. 1519. Isabella F. Hercules 1. D. Ferr.

Joachimus 2. m. 1571. Maria F. Georgii Barbati D. Sax.

Ferdinand.

Eitlfrideric. Joanna Baronissa à Bergens et Prieson

Carol. II. Euphrosyna C. Oettingensis

Fridericus Margareth F. Alb. Pii. D. Bau.

Joachimus 1. El. m. 1535. Elisa F. Ioh. R. Dan.

Wilhelmus m. 1550. Iacoba F. Philippi M. Badensis.

Magdalena Eitlfridericus C. Zollerensis

Barbara Ludouicus M. Mantuæ

Johannes 3. Cic. Germ. m. 1476 Margareth F. Wilh. M. Misniæ

Albert. m. 1508. Kunegundis F. Fride: 3 Imp.

Frideric. Crassus 1461. Agnes F. Barnimi D. Pom.

Johannes Alchimista 1404. Barbara F. Rudolphi D. Sax.

Albert. Achilles m. 1488. Margareth F. Iacobi M. Baden.

Albertus Pius m. 1460. Anna F. Erici D. Bruns.

Elisabetha Frid: 1 M. et El. Brand. m. 1441.

Ernest9 m. 1438. Elisa F. Galeatij D. Mediolani

FridericusD. Bau. 1393. Magdalena F. Bernabonis D. Medio.

Johannes de Monaco Catharina F. Meinhardi C. Goriciensis

Stephanus Fibul. 1375. Elisa F. Ludo. 2. R. Vng.

Ludovicus Imp. m. 1347. Beatrix F. Henrici 6. D. Glogov.

Mechtildis

RVDOLPHVS




ANNOTATIO IN ARBOREM SEPTIMAM.

Qua

EXHIBET POSTEROS MECHTILDIS FILIÆ

RVDOLPHI I. IMP. HABSBVRGICI,

EX FILIO LVDOVICO IMP.



Elicior in hoc Bauarica, quàm Austriaca Domus fuit, quod quamprimum huic coniuncta sanguini, Masculorum lineam per duos filios, RVDOLPHVM prædictum, & fratrem eius LVDOVICVM feliciter propagauit. Hic vix septennis patrem amisit, & Viennæ sub tutela matris educatus fuit: vbi adoleuit humanissimus Princeps, cunctis amabilis visus, dum obuios quosque salutaret, & alloqueretur. Vnde post mortem Henrici VII. Francofurti ab Electoribus Cæsar est appellatus, 15. Cal. Nouemb. 1314. Rudolpho tantum fratre, & Henrico Coloniensi Archiepiscopo refragantibus, qui Fridericum Austriacum promouebant. hinc bellum exarsit varium, donec ad Muldorffium anno 1323. 4. Calend. Octobr. Fridericus captus est, & liber tandem dimissus. Venenum, quo aliquoties tentatus, vomitu excussit; cum verò vltimo nequiret, Venationem ingressus, Vrsum ingentem offendit, quem cum impetu quodam viriliter peteret, de equo præcipitatus, corpus graui collisione conquassauit, ac deinde 5. Idus Octobr. 1347. obijt, & Monachij ad Diuam Virginem sepultus est.

Vxores habuit duas, quarum *prima Beatrix*, filia Ducis Poloniæ, ex qua ante STEPHANVM *Fibulatum*, LVDOVICVM Ducem superioris Bauariæ genuit: cui etiam Norimbergæ, defuncto VValdemaro vltimo Brandenburgensi Marchione sine liberis, regali auctoritate Marchionatum contulit, ac deinde vxorem duxit *Margaritham*, filiam Henrici Carinthi Bohemiæ Regis, à repando alijs ore, melius ob plurima infortunia ex hoc consecuta Maultasch dictam. Genuit ex hac, vt Reusnerus, Meinhardum Goriciæ, & Tyrolis Comitem *doraiu*: cum Johanne Rebock molitore Pseudo-Waldemaro, & eius fautoribus Anhaltinis, & Saxonibus bellum gessit; sed Marchionatu denique eiectus, modico cis Oderam tractu retento, illius Ius fratri LVDOVICO *Romano* cessit. Hic ideo sic dictus, quod Romæ natus ex altera coniuge Margaritha, Hollandiæ hærede. Obijt sine liberis, eique Germanus frater OTTO in Marchionatu successit, & cum liberis etiam careret, Carolo IV. Imperatori socero eum 200000. aureis Vngaricis vendidit 1373. pecuniamque miserè in oppido Soldenthal cum Gretula quadā pistrice prodegit: ante hos sed *Reusn.* pòst eadem *Margaritha* genuerat VVILHELMVM, & ALBERTVM; ille auunculo in Hollandia successit; mentis verò impos factus Valentianæ 1377. in carcere mortuus, fratrem successorem habuit, qui contra Frisios multa bella gessit, à morte tandem victus, & Hagæ sepultus 1404. Huius filiæ fuêre, ANNA VVenceslai Imperatoris; IOHANNA *Alberti IV.* Ducis Austriæ; CATHARINA *Eduardi* Ducis Geldriæ primò, deinde *VVilhelmi* Ducis Iuliacensis, MARGARITHA Ducis Burgundiæ vxores.

Filius ALBERTVS Straubingensis sine prole decessit 13. Cal. Febr. 1399. Frater huius VVILHELMVS 6. Hollandiæ etiam Comes, pridie Cal. Iunij 1417. subsecutus; *Iacobâ Iacoba* hærede vnicâ illius relictâ, quæ multoties nupta per varios casus, primùm à Iohanne patruo, deinde à Philippo Duce Burgundiæ consobrino ditionibus spoliata. Iohannes enim Leodiensis Episcopus, reiecto sacerdotio, vxore ductâ Comes Hollandiæ factus, breui tamen sine liberis Veneno per Iohannem Flietum auro à Iacoba corruptum sublatus, postridie Nonas Ianuarij 1424. sepultus Hagis in templo Dominicanorum, successores tandem habuit Burgundiæ Duces.

Solus itaque STEPHANVS Fibulatus Stemma propagauit,& tribus filijs Bauariam diuisit,cognomini STEPHANO Schonfeldij 1413. sepulto, eam, quæ propè Ingolstadium; FRIDERICO, quæ propè Landshuetam, vbi & pridie Nonas Decemb.1393. obijt,IOHANNI,quæ adiacet Monachio, ibidemq; 1397. quarto Idus Augusti mortuus, & sepultus est.

STEPHANO II. præter dictos filios, filia fuit ELISABETH, vxor *Caroli VI*.Regis Franciæ,& filius LVDOVICVS *Barbatus* dictus,qui ex Gallia rediens, vbi vxorem duxerat, multa cum patruelibus bella gessit,& denique à proprio filio cognomine captus, ad Albertum Brandenburgicum deductus, magno precio ab Henrico Patruele redemptus, paulo post cum filio nullâ prole relictâ, obijt tertio Cal. Augusti 1447.Rotenhaslaci in Norico sepultus.

FRIDERICVS præter filias tres,ELISABETHAM,de qua infra,MARGARITHAM *Marci* Comitis Mediolanensis, & MAGDALENAM *Iohannis Meinhardi* Com. Goricensis vxorem, HENRICVM Landshuetensem genuit,qui bona redempti Barbati occupauit, & mœnia Ingolstadij dilatauit, atque à magnis opibus diues dictus est: Duas habuit filias IOHANNAM, *Ottonis* Mosbachij Com.Palatini, & ELISABETHAM *Vlrici* Ducis Wirtembergici vxoris, filium LVDOVICVM, item *diuitem* dictum 1479.mortuum,& ex hoc nepotem GEORGIVM quoque *diuitem*, Ingolstadiensis Academiæ fundatorem,qui filiam solam ELISAM *Ruperti* Com. Palatini vxorem reliquit, mortuus 1502. IOANNES Monacensis Stemmatis propagatorem habuit ERNESTVM; VVILHELMVS enim huius frater obijt 1435. post filiolos ADOLPHVM & VVILHELMVM, & fratri ERNESTO bona reliquit. Soror SOPHIA *VVenceslao* Imp. & Bohemiæ Regi nupta, pacem inter maritum, & suos conciliauit; sed per Hussij defensionem,& patrocinium,bellorum semina iecit.

Ingolstad. Academia fund.

Filius ERNESTI, ALBERTVS III. cognomento *Pius*, in Bohemiæ Regem electus, pro eo gratias egit : duos Camerarios cum vndecim Comitibus Straubingæ securi percussit; Podagricus 1460.mortuus,& Heiligembergij sepultus. Huius ex *Anna* F. Erici D.Brunf.& Lun. filiæ, *prima* ELISABETH *Adolpho* D.Bergensi,sed secundùm Reusn.El.Sax.ERNESTO copulata; *Secunda* MARGARETHA *Friderico* Gonzagæ,tertio Marchioni Mantuæ, *Tertia* BARBARA Monachij Monacham professa est. Filius *Primus* IOANNES Bauariæ superioris cum fratre secundo SIGISMVNDO gubernationem suscepit, quemadmodum pater testamento sanxerat , sed mortuus 1473. quarto Calendas Decembris, ac Heiligbergæ sepultus, totam fratri reliquit, qui in Regimen ALBERTVM IV.fratrem adsciuit,ac mox, vitam acturus priuatam, ex integro gubernationē eidem reliquit, & 1465.obijt. CHRISTOPHORVS III. in ordine frater Landsbergam Alberto extorsit, & Nicolaum vltimum Auentinum Comitem ex Babonis posteris,contra se pro fratre militantem interfecit; Iter deinde in terram sanctam suscepit,& 1493. mortuus ,ac in Rhodo sepultus est.

Totâ ergo Bauariâ ALBERTVS IV. post fratres, & GEORGIVM *Diuitem*, beneficio Friderici III. Imperatoris,sui soceri est potitus. Filij ex vxore *Kunegunde* Friderici III. Imperatoris filiâ, ERNESTVS ex Patauiensi Episcopo in Salsburgensem electus 1540.& 800. equitibus 10. Octobr. à fratribus inductus,cum ordines maiores suscipere nollet, Canonicis Episcopatum resignauit 1554. & in Comitatum Glatz in Bohemia à se ex proprio patrimonio emptum profectus, ibidem 1560. mense Decēbri mortuus , & inde Monachium ad Maiorum monumentum reuectus. Frater LVDOVICVS cœlebs 1545.obijt. Soror SIDONIA desponsata *Ludouico* Palatino Rheni,ante nuptiarum diem vitam clausit,& tradita ei *secunda* SYBILLA: *Tertia* SVSANNA, primo *Casimiro* M.Brandenburg.in Franconia,deinde *Ottoni Henrico* Palatino Rheni Electori nupta , & *quarta* SABINA *Vlrico* Duci VVirtembergio: Mater defuncto marito Monasticam vitam egit Monachij,ibique cum sanctitatis opinione sepulta.

VVILHELMVS III. huius ALBERTI IV. filius,stemma propagauit ex *Iacoba* F. Philippi M.Badensis : *Primus* horum filius THEODORICVS puer obijt : Soror huius SIDONIA *Philiberto* Badensi M. nupsit, ALBERTVS frater 5. D.Bauariæ natus 1528. 29.Februarij, Pontificis Romani, & Iesuitarum acerrimus defensor (Henningij verba sunt) quibus aliquot Collegia Landsbergæ, Monachij, & Ingolstadij exstruxit. Obijt 1579.IV. Reusn.IX. Calend. Nouembr. Vxor *Anna* filia Ferdinandi I.Imperatoris, ducta in Comitijs Ratisbonensibus 1546. *sex* ei *filios*, & *duas filias* genuit.

CAROLVS natus 1547. immaturâ morte obijt : FERDINANDVS 1550. Calend. Februar. lucem aspexit FRANCISCI VVILHELMI hodierni Osnabrugensis Episcopi parens. FRIDERICVS anno sequenti , & eandem puer amisit. MARIA MAXIMILIANA nata 1552. postridie Calend. Quintil. MARIA 1553.25. Martij, & 1571. *Carolo* Ferdinandi I. Imperatoris filio nupta,ex eodem Ferdinandi II. Imp. & veræ religiónis in Prouincijs Austriacorum mater. ERNESTVS 1554. 16. Calendas Ianuarij Frisingensis, Hildesiensis, ac Leodiensis Episcopus , & tandem Archiepiscopus Coloniensis creatus, 1612. defunctus est. VVILHELMVS ratione patris *Iunior* dictus , natus 1548.3.Calend.Octobr.patris in zelo Religionis æmulus, ex *Renatâ* filiâ Francisci I. Duc. Lotharingiæ 8.Cal. Martij ductâ 1565. Monachij, quo tunc 5279. equi conuenerant,genuit *primo* CHRISTOPHORVM 1571. *Secundò* CHRISTIANAM 1572. *Tertiò* MAXIMILIANVM hodiernum Rheni Palatinum, & Electorem 1573.ex *Maria Anna* Ferdinandi II. Imper.filia FERDINANDI MARIÆ FRANCISCI IGNATII VVILHELMI vltima Octobr.1636.patrem. *Quartò* MARIAM ANNAM 1574. Cæsaris *Ferdinandi II.* priorem coniugem,& tertij matrem , deinde PHILIPPVM 1576.Episcopum Ratisbonensem & Cardinalem mortuum 1598. *Sextò* 1577. FERDINANDVM Archiepiscopum Coloniensem. *Septimò* ELEONORAM MAGDALENAM 1578, defunctam 1579.

Octa-

Octauo CAROLVM 1580. *Nonò* ALBERTVM 1584. qui sibi copulauit *Mechtildem* Georgij Ludouici Landgrauij Leuchtenbergici filiam 1612. matrem MARIÆ RENATÆ 1616. IOANNIS FRANCISCI CAROLI 1618. FERDIN. VVILHELMI MAXIMIL. HENRICI, ALBERTI, SIGISMVNDI. *Decimò* MAGDALENAM 1587. *VVolff. VVilhelmi* Neoburgici coniugem, matrem factam Philippi VVilhelmi 1615.

Prima porrò FRIDERICI filia Stephani Fibulati neptis, vt supra, ELISABETHA, prima quoque post Rudolphum Imp. cum modernis Marchionibus Brandenburgensibus Austriaci sanguinis copulata fuit. Friderico enim primo huius nominis Electori ex Hohenzollerianis Comitibus nupsit, qui Marchiam Brandenburgensem vnà cum Electoratus dignitate 400000. aureorum à Sigismundo Imperatore emit; atque ad hoc præstandum arcem Norimbergensem cum Burggrauiatu ciuitati pro 180000. flor. itemque duo nemora pro 60000. florenorum vendidit; Burggrauiatum verò à Rudolpho I, abauus illius, filius Eithel Friderici Comitis Zollerensis ex Elisabetha, sorore dicti Rudolphi I. Imper. ob fidelem ipsi in bellis nauatam operam acceperat. *quatuor* porrò illi Elisabetha filia Friderici Landshuetani *liberos* genuit.

Primus IOANNES Alchimista, ex *Barbara* filia Rudolphi D. Saxoniæ & Electoris suscepit RVDOLPHVM in cunis extinctum: *deinde* DOROTHEAM, primo *Christophoro*, III. Regi Daniæ, Secūdò *Christiano* primo Comiti Oldenburgensi nuptam: *Tertia* filia ELISA *Ioachimo* Duci Pomeraniæ in Stetin, & *quarta* AGNES *Bugslao* VII. Duci Pomeraniæ desponsata.

D. Mantua. *Secunda* BARBARA *Ludouico* Marchioni Mantuæ tradita, Austriaci sanguinis eiusdem posteros participes effecit. A Germanis horum maiores *teste Volaterrano* oriundi. *Tritauus* huius LVDOVICI GVIDO vel GIBERTVS ab Azone X. Marchione Estensi dignitatibus, & feudo in tractu Rhegiensi ornatus est. *Parens* vero eius primus ex Germania Mantuæ sedem fixerat. *Filius* GVIDONIS LVDOVICVS cum milites eius Passarinum Bonacelsum in medio foro Mantuano comprehensum interfecissent anno 1329. summâ cum populi voluntate Gubernationem Reipub. Mantuanæ suscepit, mortuus 1360. 19. Cal. Febr. ætatis supra 90. *Nepos* huius LVDOVICVS etiam dictus, ex *filio* GVIDONE & BEATRICE Barri Comitissa, Mantuæ Dominus, & Vicarius imperij per duodecim annos, à Mantuanis ob adulterium trucidatus 1382. *Filius* GALEATIVS Dux Venetorum contra Camerarios in oppugnatione arcis Terzonis perijt 1407. & eodem anno *frater* FRANCISCVS Mantuæ Dominus, relicto ex *Agnete* filia Barnabæ V. Com. Mediolanensis IOHANNE FRANCISCO, qui primus Marchio Mantuæ à Sigismundo Imp. creatus 10. Cal. Decemb. 1433. concessis insignibus nigræ Aquilæ in campo albo, cum cruce rubente. Obijt 9. Calend. Octob. 1444. Successit illi *filius* LVDOVICVS, qui Fridericum III. Imp. & Christianum I. Daniæ Regem hospitio excepit; ædis Diui Sebastiani fundamenta iecit, & Diui Andreæ horologium absoluit: fossam etiam ab Goitto ad Mapellum perduxit, Goitique 1478. pridie Idus Iunij ætatis 60. obijt, & filias BARBARAM *Eberhardo* I. Duci VVirtemb. ac SVSANNAM *Galeatio Mariæ Sfortiæ* Duc. Mediolani coniugem reliquit; *Filios* item quinque LVDOVICVM Episcopum Mantuanum, & FRANCISCVM Cardinalem, RVDOLPHVM B. NOSTRI ALOISII proauum. *Quartus* fuit IOANNES FRANCISCVS, Passeuino secundo genitus, Don ANNIBALIS & fratrum quinque ex PYRRHO filio, itemque Ludouici Sabionettæ Ducis, ex cognomine filio abauus.

FRIDERICVS Primogenitus, & Patris successor, Mantuam artificibus repleuit, & ex *Margaretha* filia Alberti Pij Ducis Bauariæ *quatuor* filias, CLARAM, Reusn. ELEONORAM *D. Borbonij*, PAVLAM *Malatestæ*, MAGDALENAM *Ioannis* Sfortiæ, Pisauri Domini, & CÆCILIAM, alijs ISABELLAM *D. Vrsini* coniugem, ac *tres* filios genuit: IOANNES ex *Laura* Bentiuolia, TVLLIVM & GVIDONEM atnepotes hodie habet: SIGISMVNDVS Cardinalis obijt: FRANCISCVS patri 1484 tertio Idus Julij, obeunti 18. annos natus in Marchionatu successit, & primus Regulorum Italiæ barbam aluit, filiarum *quinque* ex *Isabella* Ernesti pater, & *trium* filiorum, mortuus 1519. quarto Calendas Aprilis: *primus* HERCVLES Cardinalis, *secundus* FERRANTES Guastallæ Ducum proauus.

Tertius FRIDERICVS, primus Mantuæ Dux, ac montis Ferrati per vxorem *Margaritham*, Guilielmi Palæologi filiam, & hæredem Marchio, obijt 1540. filios *quinque* & *vnicam* filiam habuit; sed ex duobus tantū hodie posteri supersūt. FRANCISCO ex cordis syncope, quam ex casu fortuito in Mincium fluuium contraxerat, extincto 1550. 6. vel 10. Februarij successit GVILIELMVS, qui ex *Eleonora*, filia Ferdinandi I. Imperatoris genuit MARGARITHAM, Reusn. ANNAM Ducis Ferrariæ vxorem, & ANNAM CATHARINAM, ANNÆ IMPERATRICIS matrem, itemque VINCENTIVM, & hic ex *Eleonora* Medicæa VINCENTIVM, & FERDINANDVM, primo Cardinalem, mox Mantuæ post FRANCISCVM fratrem, Ducem, deinde MARGARITHAM Duc. Lotharingiæ, & ELEONORAM *Ferdinandi* II. Imper. vxorem, atque ante hanc GVILIELMVM; sed filij omnes sine legitimis hæredibus extincti, Ducatum cum grauissimo bello Carolo D. Niuernensi, Friderici I. ex Ludouico nepoti reliquerunt: *huius filij* FRANCISCVS, & LVDOVICVS, ac filiæ MARIÆ, & MARGARETHA. D. Niuers & Mantua.

Proneptis LVDOVICI Mantuani, & *Barbara* LEONORA, ex *Francisco* Roboreo Vrbini Duce JVLIAM genuit, vxorem *Alphonsi* Montechij Marchionis, fratris Herculis II. Ferrariæ, Mutinæ, ac Rhegij Ducis, ex Estensibus: vnde cum *filius* ALPHONSVS II. sine liberis mortuus esset, illius filius CÆSAR nomine, Ferrariam Pontifice occupante, ditiones ad S. sedem non pertinentes, vt Mutinam, Rhegium Lepidi, & Carporum oppidum retinuit. Filius Cæsaris ex Virginia filia M. D. Flor. Ferdinādi 1608. D. Mutina.

1608. *Isabellam* filiam Ducis Sabaudiæ, vxorem duxit, quâ mortuâ 1626. paulò post filio maximo Ducatus cessit, & Capucinum induit, huius pater BORSVS Martis alumnus.

Secundo genitus FRIDERICI I. Electoris fuit FRIDERICVS, cui Alchimista, etsi senior, ex voluntate patris sola contentus Voitlandia Electoratum cessit, & è viuis 16. Nou. 1464. excessit. Fridericus ob res præclarè gestas in bello Marchico cũ ferreis dentibus cognominatus est; Barnabam enim quartum Pomeraniæ Ducem in tantas angustias redegit, vt in conuentu Francofurtensi 1438. hæredes suos scriberet M. Brandenburgenses, si mascula ipsius linea deficeret. Idem 1464. ab Erico II. & Vratislao X. de consensu Friderici III. Imperatoris, familiares illis Ducibus titulos, & insignia cum posteris suis obtinuit; Primusq; se D. Stetini Cass. &c. scripsit, obijt 1471. 10. Febr. in Palæstina, quò antequam proficisceretur, cum mascula prole careret, dignitatem ALBERTO III. fratri resignauit. Hic à Pio II. Pontifice, *Achylles Germanicus*, & *Vlysses Teutonicus* ob militarem virtutem, & linguæ facundiam est cognominatus: Septies decies solo clypeo tectus, & galea, cætera nudus, in prouocatores armatos acutâ lanceâ cucurrit, nullo vnquam damno affectus, aduersarios semper equo deturbauit. Norimbergẽses & conspiratores eorum octo prælijs vicit, nono succubuit; sed tamen incendijs, rapinis &c. pacem petere coegit, verumq; illud ostendit, quod quidam è primoribus ciuitatum dixerat, scilicet in Alberti astutia & fortitudine omnium Germaniæ Principum vires opesque contineri. Mortuus in balneo Francofurtianis Comitijs, quæ Maximiliano I. creando indicta fuerant 1486. 11. Mart. & Heilbrunnæ sepultus.

Filiæ ACHILLIS *vndecim* fuêre ex *Margaretha*, filia Iacobi M. Badensis, quæ mortua 1457. *Prima* VRSVLA, coniunx secunda Henrici filij Georgij Podiebradij Regis Bohemiæ à Friderico III. Imperatore inuestiti, & Ducis Mynsterbergensis: *Secunda* ELISA vxor fuit *Eberhardi* II. Ducis VVirtenbergensis: *Tertia* MARGARETHA Abbatissa S. Claræ, Hofij in Voitlandia: *Quarta* ex *Anna* filia Friderici Placidi Electoris Saxoniæ AMELIA, primò *Ludouico* Mansueto, Palatino Electori, secundò *Casparo* Bipontino nupta: *Quinta* BARBARA vxor *Henrici* II. Ducis Crossnensis: *Sexta* SYBILLA *VVilhelmi* Ducis Iuliacensis, & Bergensis: *Septima* MAGDALENA, & *Octaua* ANNA innupiæ manserunt: *Nona* DOROTHEA Abbatissa Papebergæ S. Sepulchri: *Decima* ELISA infans obijt: *Vndecima* ANASTASIA vxor *VVilhelmi* IV. Comitis Hennebergensis.

Filios quoq; *octo* habuit. *Primus* FRIDERICVS, *secundus* VVOLFFGANGVS, *tertius* ALBERTVS, *Quartus*, vti *Octauus* natu, in pueritia obiere: GEORGIVS in ordine *sextus* ἄγαμος Cadelsburgij obijt 1476, vti & SIGISMVNDVS ἄγαμος 1495. pridie Matthiæ.

Primogenitus IOANNES à procerâ staturâ magnus; & ab eloquentia *Cicero Germanicus* appellatus, Crossnæ Ducatum pro dotalitio BARBARÆ sororis suæ accepit, & familiæ proprium fecit, obijt 1499. & Berlini sepultus.

Filius IOACHIMVS huius nominis primus, patris in dignitate successor, Academiam Francofurtianam fundauit, 1506. mortuus anno 1535. 11. Iulij, & cognomini filio Electoratũ reliquit. Frater IOACHIMI I ALBERTVS Archiepiscopus Magdeburgensis, & Moguntinus Elector 1514. 9. Martij inauguratus, ac quatuor annis post Calendas Augusti in Comitijs Augustanis præsente Maximiliano I. à Legatis Leonis X. Cardinalis Presbyter creatus, quantum se Luthero opposuit, tantum nepotes ex fratre eum defenderunt, obijt 1545. 24. Septemb. Moguntiæ sepultus. Frater horum VVOLFGANGVS, vti & ELISABETH soror infantes obiêre, ANNA vxor facta *Friderici* I. Regis Daniæ, mortua 1521. VRSVLA I. *Henrici* Ducis Mechelb. vxor, mortua 1550. 11. Calen. Octobris, VRSVLA altera *Ertmarum* Ducem Pomeraniæ habuit.

FRIDERICVS, frater IOACHIMI I. natu quartus, post mortem fratris SIGISMVNDI in ordine septimi, Voitlandiam, & Onspachiam accepit *duodecimq;* filios genuit. *Primus* CASIMIRVS, quo baculi loco in senectute vsus, pater ALBERTI VI. siue *Iuniorit*, qui primo contra protestantes Carolo V. deinde verò contra eundem militauit, & magnis iniurijs VVirtzburgensem & Bambergensem Episcopos affecit: tandem à Mauritio D. Saxoniæ victus, & ab Imperatore proscriptus miserè Pforzemij obijt 1558. 8. Ianuar. *Secundus* fuit GEORGIVS Secundus, & Pius à Lutheranis dictus: apud Vladislaum Regem Vngariæ, auunculum educatus, & ab eiusdem filio Ladislao Boh. Rege Dux Iegerdorff, Olpeln & Radibot in Silesia inuestitus, mortuus 1583. 27. Sept. & Heilbrunnæ sepultus. *Tertius* ALBERTVS Senior, ex Magistro Teutonico, secundùm Lutherum vxore ductâ, Dux Brussiæ factus; Regio-Montanam Academiam fundauit, & Konigsbergæ 19. Martij 1568. defunctus. *Quartus* FRIDERICVS puer obijt. *Quintus* IOANNES Valentiæ Gubernator, ἄγαμος est extinctus. *Sextus*, FRIDERICVS VII. Episcopus Herbipolensis in expeditione Caroli V. contra Franciscum Regem Galliæ, Geneuæ in Sabaudia mortuus 1536. *Septimus* VVILHELMVS Archiepiscopus Rigensis obijt 1561. 8. Ian. *Octauus* ALBERTVS Archiepiscopus Magdeburgensis 1548. ex podagra obijt. *Nonus* FRIDERICVS ALBERTVS puer extinctus. *Decimus* GVMBERTVS Canonicus Herbipolensis, & Bambergensis, Leonis X. Camerarius, Neapoli extinctus. *Vndecimus* & *Duodecimus* in cunis exspirarũt: *Sorores* habuêre *quinque*. Stẽmatis Propagator GEORGIVS fuit: vnicum verò tãtum ex *tribus* vxoribus *filium* suscepit GEORGIVM FRIDERICVM, qui cũ nullum omninò genuisset, ad filios Electoris Ioãnis Georgij ex tertia vxore, bona omnia deuoluta sunt.

IOACHIMVS II. primi filius Elector & Dux Brussiæ etiam inuestitus à Sigismundo Augusto Poloniæ Rege, vtramque dignitatem filio IOANNI GEORGIO 3. Ianu. 1571. reliquit, sepultus Coloniæ ad Sueuum. *Soror* MARGARETHA, primò *Georgio* Duci Pomeraniæ, deinde *Ioanni* Anhaltino. ELISA, primo *Erico* seniori D. Brunf. & Luneb. secundo *Popponi* Principi Hennebergio elocata: ANNA verò *Alberto*

berto III. Duci Mechelb. FILIA Ioachimi II. ex Magdalena Ducis Saxoniæ filia; BARBARA, *Georgio* Duci Brig. & Lig. nupta. ELISA Virgo mortua 1539. 20. August. ELISABETH MAGDALENA ex *Hedvvige* Sigismundi I. Poloniæ Regis filia, vxor fuit *Francisci Ottonis* Ducis Brunsvv. & Luneb. HEDWIGIS *Iulij* D. Brunf. & Lun. SOPHIA *VVilhelmi* Baronis de Rosenberg. Gemelli ALBERTVS & GEORGIVS in cunis mortui, FRIDERICVS Archiepiscopus Magdeburgensis factus, & Administrator Halberstadiensis, obijt 1552. 3. Octobr. & Halberstadij sepultus est. Successit frater ex Hedvvige SIGISMVNDVS, mortuus 1566. 14. Sept. Halæ Saxonum in arcis templo humatus: PAVLVS in partu cum matre *Magdalena* extinctus est.

IOANNES GEORGIVS primogenitus IOACHIMI II. tres vxores habuit: ex prima *Sophia* F. Friderici II. Ducis Lig. & Brig. JOACHIMVM FRIDERICVM suscepit, cui nupsit *Catharina* filia Ioannis *Prudentis*, Ioachimi II. fratris: Ex secunda *Sabina* filia Georgij M. Brand. vndecim genuit liberos, quorum octo obiere infantes: ERTHMVDIS *Lob. Friderico* Pom. Duci nupta, ANNA MARIA *Barnimo* item X. Pom. Duci, SOPHIA *Christiano* Duc. Saxoniæ: *Tertia* vxor *Elisabeth* filia Ioachimi Ernesti Anhaltini 6. ei masculos peperit: CHRISTIANVM hodie Beryti, & Culmbachij in Franconia Dominum, IOACHIMVM ERNESTVM Onsbacensem Marchionem, SIGISMVNDVM Marchiæ Gubernatorem, IOANNEM GEORGIVM, & fratrem eius IOANNEM, qui in bello contra Cæsarem, militum Duces obierunt.

IOACHIM FRIDERICVS primum Episcopus Hauelsburgensis, deinde Lebusiensis, & Administrator Magdeburgensis factus, post patris obitum Electoratum suscepit 1598 Gymnasium Ioachimicum fundauit 1607. Coniuges habuit *duas*, primam *Catharinam* Joannis March. Brand. patrui magni filiam, quam duxit 1570. ex ea suscepit primò JOANNEM SIGISMVNDVM 8. Nouemb. 1572. *Secundo* ANNAM CATHARINAM 26 Iunij 1575. *Christiani IV.* Daniæ Regis vxorem. *Tertio* IOANNEM GEORGIVM 16. Decemb. 1578. *Quarto* AVGVSTVM 17. Febr. 1580. *Quinto* ALBERTVM FRIDERICVM 29. Aprilis 1582. *Sextò* IOACHIMVM, & ERNESTVM gemellos 13. Apr. 1583. *Septimo* BARBARAM SOPHIAM 16. Nouēb. 1584. quæ 1609. nupsit *Ioanni Friderico* Duci VVirtēbergensi. *Octaua* CHRISTIANVM VVILHELMVM 28. Aug. 1587. Administratorem Archiepiscopatus Magdeb. cōstitutum, & in eiusdē Vrbis expugnatione captum, atq; in captiuitate Neostadij à falsæ Religionis vinculis liberatum, gratiæq; Cæsaris, & Dei restitutum. *Secunda* vxor fuit *Leonora* Alberti Friderici Marchion. Brand. Ducis Brussiæ filia, ex qua ipsi nata MARIA LEONORA 22 Martij 1607.

JOANNES SIGISMVNDVS 1594. duxit *Annam*, Alberti Friderici Ducis Brussiæ filiam, & his ex ea liberis ditatus est 1595. 3. Nou. natus est GEORGIVS VVILHELMVS, patris in Electoratu successor anno 1619. ANNA SOPHIA nata est 1598. 17. Mart. 1614. *Friderico Vlrico* D. Brunf. & Lun. despōsata, MARIA LEONORA 1599. 11. Nou. edita, *Gustauo Adolpho* Regi Sueciæ 1620. elocata. CATHARINA nata 1607. *Gabrieli* Betlemio nupsit: SIGISMVNDVS deinde anno 1603. AGNES 1606. IOANNES FRIDERICVS 1607. ALBERTVS CHRISTIANVS 1609. lucē aspexerunt.


GEORGIO VVILHELMO Electori ex *Elisabetha* Carlotta Friderici IV. Electoris Palat. filia, nata est LOYSA CARLOTTA 1617. & 1620, FRIDERICVS VVILHELMVS. 1623, HEDWIGIS SOPHIA. 1624, IOANNES SIGISMVNDVS, & eodem anno 30. Octobris fatis concessit.


HOHENZOLLERENSIBVS denuo Habsurgicus sanguis per MAGDALENAM filiā Friderici Cressi, in Arnburg sine mascula prole defuncti, & ibidem in templo à se extructo humati, communicatus est; *Prius* enim per ELISAM sororē RVDOLPHI I. Imp. *Eitel-Friderico* I. huius nominis Zollerensi Comiti elocatam, idem factum erat; filius horum primogenitus FRIDERICVS I. ab auūculo suo Rudolpho Burggrauiatum Norimbergensem, & huius abnepos FRIDERICVS V. Marchionatū Brandenburgensem à Sigismundo Imperatore, vti dictū, consecutus est. Secundus filius Eitel-Friderici primi, & Elisæ, patri cognominis, & secundus dictus Comites Zollerenses propagauit, estque huius filij, Friderici V. EITEL FRIDERICVS *Magdalenæ* coniunx, trinepos; sicut & Magdalenæ parens Eitel-Friderici I. & Elisæ Habsburgicæ etiam trinepos; Eiusdem verò *Eitel-Friderici* I. ATAVVS, & Stemmatum horum in Germania primus conditor PETRVS COLVMNA, patricius Romanus, ex vetusta Camillorum gente, vel vt alij Guelphorum sanguine oriundus, ex Italia ad Henricum IV. Imperatorem confugit, & agro quodam in Suevia donatus, arcem Zagarollam hinc Zollern condidit, & posteris hinc denominationem reliquit. Porrò *Eitel Fridericus Magdalenæ* coniunx NICOLAI JODOCI ex *Elisabetha* VVerdenbergensi Comitissa filius fuit, adolescens in aula Archiducū, à literis, moribus, & militaribus exercitijs ita eruditus, vt sūmi exercitus Tribuni officio sub Maximiliano I. Cæsare, & Ladislao Vngariæ, ac Edoardo Angliæ Regibus functus sit, atque ita, vt ab hoc in literis consanguineus, & cognatus nominetur; à Cæsare verò ita honoratus, vt ipsius nomine in Castris Nouesianis, præsentibus Principibus, & militiæ Ducibus, vltra 50. ex præcipua nobilitate equites solitis cæremonijs creauerit, ipse etiam à Philippo I. cum Carolo huius filio, vnius adhuc anni, aureo vellere ornatus sit. Summus quoq; præfectus aulæ Cæsaris, ac deinde Imperialis consilij Spirensis primus Præses creatus. Tres fratres secū in Belgium ad Castra Cæsaris duxerat, qui omnes fortiter pugnantes occubuerunt: *Primus* FRIDERICVS ALBERTVS 1500. peditū Dux, in expugnatione Vrbis Cortracensis cecidit: *Secundus* FRIDERICVS JOANNES primus in Teramudum penetrās, interfectus est. *Tertius* EITELIVS JOACHIMVS Admiralius Classis contra Gallos cōstitutus, in pugna occubuit: horum cadauera Eitel-Fridericus Antvverpiam transportari, & in æde Basilica, sacello constructo honorificè sepeliri curauit.

Habsb-Zollerenses.

ANNO-

ARBOR VIII.
Exhibens posteros Mechtildis per Neptem Cognominem.






ANNOTATIO IN ARBOREM OCTAVAM.

Quæ

EXHIBET POSTEROS MECHTILDIS FILIÆ

RVDOLPHI I. IMP. HABSBVRGICI,

EX NEPTE COGNOMINE MECHTILDE.



LVDOVICVS Bauarus MECHTILDIS filius, præter filios, de quibus præcedenti annotatione, *tres* filias genuit: ELISABETHAM *Ioanni* primum Bauariæ Duci desponsatam; deinde *Martino* Scaligero Veronæ, & Vincentiæ Domino, vidua demum *Vlrico* Comiti Wirtenbergensi legitime coniuncta, EBERHARDVM ei *Pacificum* peperit; sed quia huic sanguis Austriacus per ANNAM Alberti I. filiam communicatus, vti in ea dictum, ideo ibidem Duces Wirtenbergios posui. *Altera* Ludouici filia fuit AGNES, quæ Monachij religiosam vitam egit. Primogenita MECHTILDIS *Friderico Graui* Marchioni Misniæ connubio iuncta est, parens huius FRIDERICVS *Admorsus*, secundùm Reusnerum, Trinepos fuit fuit THIMONIS, qui primus ab Henrico IV. Imp. Misniæ Marchionatu donatus 1075. Idemque confirmatus huius filio CONRADO *Magno* à Lothario Saxone Imper. Ipse verò *Thimo* tritauum habuit VVIDEKINDVM II. primi, siue magni Saxoniæ Regis filium. Pater FRIDERICI huius, *Guttam* ipsi filiam Ioannis Regis Bohemiæ, quam sex annis in aula sua aluerat, desponsauerat; sed eâ relictâ dictam *Mechtildem* accepit. Princeps prudentiâ, & bello clarus, quo etiam Vinariam acquisiuit; ex coniuge Austriacum sanguinem ad hodiernos Electores, & VVimarienses, ac Landgrauios Hassiæ atque Vraniæ Principes propagauit.

FILIVS cognominis, *Strenuus* appellatus per vxorem Coburgo cum adiacentibus oppidis, & arcibus auctus est 1344. & è viuis exemptus 1380. coniunx verò 1393. vterque Veterocellis sepultus.

FRIDERICVS *Bellicosus* cognominatus ob sua merita in bellis à Sigismundo Imperatore Electoratus dignitate, post Albertum vltimum de Ascaniâ gente, Saxoniæ Electore, ornatus est 1423. Academiam Lipsiæ fundauit, dum Pragensem exulantem suscepit anno 1406. mortuus VVeisenfeldij 1428. & Misniæ (vt Hennin.) sepultus.

VVILHELMVS alter huius filius *Diues* cognominatus, Marchionatum Brandenburgensem emercatâ Jodoco Marchione Morauiæ anno 1410. sed vix biennio elapso Sigismundus Imper. eum redemit, & Friderico Hohenzolleriano vendidit; sine liberis obijt 1425. Altenburgi in æde Sancti Georgij à se fundatâ sepultus. Porrò vt recentior ad posteros Electores sanguis Austriacus deriuaretur;

FRIDERICVS *Bellicosus* FILIO sibi cognomini, *Margaretham* Friderici III. Imperatoris Austriaci filiam, matrimonio iunxit: *Filij* huius ERNESTVS, & ALBERTVS pueri adhuc 1455. noctu ex arce Altenburgica à Conrado Kauffungio, die solstitiali rapti fuerunt, & post triduum mirabiliter per Carbonarium liberati, & restituti sunt: Ille deinde filijs Archiepiscopis ALBERTO Moguntino, & ERNESTO Magdeburgensi tranquilliorem administrationem reddidit, subditos armis & legibus coërcens: Vngaros; & Polonos irruentes prudentiâ suâ à Germanorum ceruicibus auertit, in arce Cholditiâ à se extructâ decessit, & Misnæ sepultus 1486.

JOANNES fratri Friderico, VVittebergensi fundatori ac Cæsari post Maximilianum Primum designato, in Electoratu successit, Confessionem Augustanam, in Comitijs Carolo V. Imperatori, in quem frater dignitatem hanc contulerat, obtulit: sepultus propè fratrem in sacello arcis VVittebergæ 1532.

IOANNES FRIDERICVS Elector, & IOANNES ERNESTVS fratres, hic Coburgi vitam finijt *dynasta* 8. Ianuarij 1553. & eam ditionem fratri reliquit, qui ad Mulbergam 1547. aduersus Carolum V. Cæsa-

Cæsarem pugnans, saucius, captus, & Electorali honore, ac maximâ ditionum parte priuatus, Vinariæ 11. post coniugem die obijt 1554. 3. Martij, & ab hoc hodierni à loco Residentiæ VVIMARIENSES dicti descendunt, itemq; Coburgenses & Altenburgenses. *Filius* patri cognominis, propter interfectores Melchioris Zobell Episcopi Herbipolensis, cum iisdé ab Augusto Electore obsessus, & captus, ad Maximilianum II. Imperat. missus 13. April. 1567. Neustadij mortuus 1595. relicto JOANNE CASIMIRO, & JOANNE ERNESTO II. quorum vnus Coburgi, alter Eisenaci resedit; ille præcedenti anno mortuus *ἄπαις*, & hic talis adhuc viuere dicitur.

Horum patruus JOANNES VVILHELMVS Altenburgensi colloquio adfuit, mortuus 1573. 8. Mart. & Vinariæ sepultus: Filij superstites FRIDERICVS VVILHELMVS natus 1562. 25. Aprilis, & JOANNES 1570. 22. Maij.

Septemuiratus dignitas ad lineam ALBERTI FRIDERICI II. Elect. & MARGARETHÆ Austriacæ filij secundo geniti, translata est. Fuit hic à Pontifice Romano dextra manus Imperij, & à milite Belgico *Rolandus* cognominatus; Gallos enim Belgio eiecit, Hunniadem ad pacem adegit, Bohemiæ Regnum oblatum recusauit: Annebergam condidit; Phrysiam, cuius Gubernator fuit, domitarus, ad Emdam à morte domitus est; cadauer Misnam translatum.

HENRICVS Palæstinam inuisit, sed redux Lutheri promotor tantus, quantus frater eius GEORGIVS persecutor. Primogenitus Henrici filius MAVRITIVS, exauthorato Joanne Friderico Elector nominatus, vt antea pro Cæsare, ita post contrà stetit, ad Budam singulare bellicæ virtutis specimen edidit: in pugna deinde Siuershusiana Alberti Brandenburg. Marchionis victor, tormento in latere ictus, sine liberis occubuit, & Electoralem dignitatem fratri suo AVGVSTO, *formulæ concordiæ Patri* reliquit, & hic eandem 1586. filio CHRISTIANO Primo, qui etiam lampada tradidit *filio* cognomini Illiberi 1582. 22. April. idemque 1612. hodierno Electori, fratri suo JOANNI GEORGIO, nato 1585. 6. Mart. hic 1604. 16. Sept. *Sybillam Elisabethā* Friderici D. VVirtemberg. filiam vxorem duxit, & eâdem biennio post defunctâ *Magdalenam Sybillam* Alberti Friderici M. Brand. & D. Borussiæ filiā 19. Jul. 1607. throni sociam accepit, ex eaq; pater factus 1609. ELEONORÆ. 1610, MARIÆ ELISABETHÆ. 1612, CHRISTIANI ALBERTI, tertio post mense defuncti. 1613, JOAN. GEORGII in Junio. 1614, 13. Aug. AVGVSTI quoque filij, & 1615, CHRISTIANI.

ANNA filia Friderici Bellicosi Electoris, *Ludouico* Pacifico Hassiæ Landgrauio Primo ex sua familia Zigenhemię & Niddæ Comiti desponsata est. *Hassus* Hic anno 1440. in discordibus Electorum suffragijs Cæsar est nominatus; sed dignitatem respuit, sorte suâ contentus: Atnepos hic fuit HENRICI VI. cognomento *Probi*, Brabantiæ Ducis, & *Sophiæ* filiæ Ludouici Thuringiæ Landgrauij, & DIVÆ ELISABETÆ, quæ suis maioribus defunctis filium in Hassiam duxit, & eius Landgrauium fecit; HENRICVS verò VI. abnepos GODEFRIDI I. Brabantiæ Ducis, ab Henrico V. Imperatore creati; & hic filius HENRICI III. Louaniensis Comitis, trinepotis HENRICI, qui genus suum ad CAROLVM *Hasbanum* Brabantiæ Ducem retulit, ideoque ad Regem etiam primum Francorum PHARAMVNDVM.

Filius LVDOVICVS feliciter pugnauit contra Côradum Rheni Comitê, & Moguntinû Archiep. Fraternitatem cû Electorib. Saxoniæ, & Brâdeburgi à maioribus initam renouauit 1457. & per Fridericum III. Imp. confirmari fecit, obijt Cassellis 1471.

WILHELMVS fratrem cognominem & seniorem cepit, ac ditione cedere coëgit: Cattimelibocensis Comes ab Episcopo Herbipolensi 1502. inuestitus, & à Maximiliano I Imper. 1505. contra Johannem Nassouium confirmatus, eiusdem iussu côtra Philippum, Rheni Palatinum proscriptû, expeditioné instituit, tabe ex erysipela orta obijt 1509.

PHILIPPVS Marpurgensem Academiam fundauit: bellum contra Moguntinum, & Herbipolensem gessit: Monasteriensem Vrbem ab Anabaptistis occupatam expugnauit 1535. Schmalcaldici fœderis capitaneus summus creatus, Henricum Juniorem Brunsuic. ditione pepulit, & cum filio cepit: ipse deinde etiâ à Carolo Halæ captus, post 5. annos à filio & socero liberatus, 15. adhuc annis superuixit.

WILHELMVS natu maior Cassellis sedem habuit, patris, vt dictum, liberator, mathematicis disciplinis instructissimus, *tres* filios ex duabus coniugibus reliquit.

GEORGIVS Darmstadij resedit, præter LVDOVICVM *fidelem* GEORGII, JOANNIS & FRIDERICI patrê, atq; patrui LVDOVICI Marpurgensis hæredem 1623. à Cæsare declaratum, 5. alias proles reliquit.


Modernis VRANIÆ Principibus Austriacum sanguinem LVDOVICVS *Pacificus* Hassiæ Landgrauius per ELISABETHAM filiam communicauit. *Princeps Vrania* Duxit *hanc Iohannes* Nassouius, & per eum tanquam ex ANNA vltima Comitissâ, & hærede Comitatus Cattimelibocensis, ius in eundem consecutus est. Tonnam auri pro eodem defendendo filius exposuit; res verò tandem ita 13. Iunij (al. 30. Julij) 1577. Francofurti per Electores, & Principes composita: vt Landgrauius Hassiæ Comitatum cum suis pertinentijs, Diezensi Comitatu excepto, retineret, & Nassouijs 6. Tonnas auri persolueret; tituli verò ambobus, id est, Nassauiensibus Dillenbergijs, ac Hassis cômunes essent, scilicet Cattimelibocensis & Diezensis, sicut & insignia horum Comitatuum, Mortuus Johannes 1516. & Sigenæ sepultus.

Filius WILHELMVS natus in arce Dillêburg 10. April. 1484. in diuisione cum primogenito fratre HENRICO, Prouincias & Comitatus ex hac parte Rheni accepit: Primus ex Nassouijs Lutheri doctrinæ receptor, Monachos Sigenâ expulit. Philippum Comitem Solmensem è VVildenbergensi captiuitate liberauit: *duas* habuit coniuges: *prima VValpurgis* Com. Johannis Egmontani filia, *duarum* filiarum mater: Secunda *Iuliana* Com. de Stolberg, Vidua Com. Philippi de Hanau 12. illi liberos genuit, & ferè octogenaria 1580. mortua Dillenburgi, ibidem-

ibidemque iuxta maritum 1559. defunctum ſepulta.

VVILHELMVS Iunior natus Dillenburgi 1533. 14. Aprilis, in feſto S. Georgij, vix decennis ad aulam Caroli V. datus, eidem 9. annis in Camera ſeruijt 1545. hæres Principatus Vraniæ, ex teſtamento RENATI, ſui patruelis declaratus. hic eundem à parente per matrem conſecutus, quæ fuit CLAVDIA PHILIBERTI Vraniæ, & Chaloniæ Principis *ſoror*, qui cum liberis careret, Renatum adoptauit: hac tamen conditione, vt nomen Chalonium, vel de Cabilone aſſumeret, quod & factum; cum ille fanum Deſiderij obſidens, tormento ex muro ictus occubuiſſet 1544. Bredam Renati, & VVilhelmi *proauus* ENGELBERTVS, per *Mariam* vxorem, filiam, & hæredem *Philippi* Vltimi de Bredau Comitis, acquiſiuit. VVilhelmus porrò multis quidē honoribus & officijs à Cæſare honoratus, tamen ſtatuū Generalis campi contra eundem factus eſt 1568. deinde 1582. 8. Martij Antuerpiæ globo per caput, & vtramque gingiuam traiectus à Johanne Jautegni: ſanatus ex integro 1584. 10. vel 20. Julij Delphis à Balthaſare Gerardo, tribus globis 2. poſt meridiem, ætatis anno 52. ex vna bombarda ſimul in eum exploſis ſublatus, ibidem 4. Auguſti ſepultus. Coniunx *prima Anna* Comitiſſa de Bure PHILIPPVM VVILHELMVM ei genuit, & MARIAM *Philippi* Com. Hohenloe coniugem. *Secunda Anna* Duciſſa Saxoniæ, MAVRITIVM in pueritia mortuum: & alterum celeberrimum belli Ducem, item ANNAM *VVilhelmi Ludouici* Com. Naſſouij vxorem, & ÆMILIAM *Eman. Portugal. Tertia Carolotta* D. Barbonia LOYSAM JVLIANAM *Friderici IV.* Elect. Palatini coniugem, ISABELLAM *Henrici* Ducis Bouillion. CATHARINAM *Phil. Ludou.* de Hanau, FLANDRINAM Religioſam, CAROLOTTAM *Claudij* de la Tremouille D. Touar, & ÆMILIAM ſecundam. *Quarta Loyſa* Com. Collignia, HENRICVM FRIDERICVM edidit, fratris Mauritij in militia ſucceſſorem. Porrò familiâ hæc vna eſt ex antiquiſſimis Germaniæ, vtpote cuius *Iulius Cæſar* in comm. ſuo de bello Gallico 1. meminerit, quamuis aliqui velint hos cum ipſo ex Italia veniſſe: fortè ijs deuictis, bona ſuis commilitonibus contulerit; ſicut & *Seuerus* Imperator cum in Germaniam venit, THEODOSIO Lopereno patruo ſuo, *vltimi Naſſouij* Comitis filiam, & ſimul bona tradidit: huius *Theodoſij* trinepos fuit VVALRABVS, & huius coniunx *Agnes* Comitiſſa de Teckenburg: horum trinepos ARNOLDVS, cuius vxor *Lauchada* filia Ottonis Com. de Luzelſtein: horum abnepos OTTO, vxor *Magdalina*, filia Com. VValrabi de Sponheim, horum nepos OTTO author GELDRIENSIVM DVCVM: frater huius VVALRABVS tritauus eſt VVALRABI auctoris Idſtein, VVisbaden & VVeilburgenſium: Item OTTONIS, fratris VVALRABI auctoris DILLENBVRGENSIVM; Trinepos huius, & *Agnetis* Comitiſſæ Salmenſis, eſt ENGELBERTVS proauus MAVRICII, & HENRICI FRIDERICI; VValrabi verò Dillenburgenſis, & *Adelheidis* Comitiſſæ Cazenelbogenſis, filius ADOLPHVS Imperator, & ex hoc nepos GERLACVS, pater Adolphi, cuius linea extincta, & JOHANNIS, cuius trinepos ALBERTVS, auus VVeilburgenſium VVILHELMI LVDOVICI, PHILIPPI JOANNIS, ERNESTI CASIMIRI, & OTTONIS. Dictus Engelbertus eſt etiam auus JOANNIS, qui 25. *liberos* ex tribus coniugibus genuit: Secundo genitus JOANNES, ex duabus vxoribus 22. *proles* ſuſcepit, in his JOHANNEM ERNESTVM, JOHANNEM *Iuniorem*, VVILHELMVM, JOHANNEM MAVRICIVM, GEORGIVM FRIDERICVM, VVILHELMVM OTTONEM, HENRICVM, & CHRISTIANVM. Tertiò genitus JOHANNES GEORGIVS 16. *proles* habuit, ſed nulla maſculina ſuperuiuit. Vndecimus ERNESTVS CASIMIRVS HENRICVM, & VVILHELMVM FRIDERICVM, ex *Sophia Hedvvige* Duc. Brunſuicenſi ſuſcepit. *Viceſimus* JOHANNES LVDOVICVS 1617. in Junio duxit *Vrſulam* F. Com. Simonis Senioris de Lippia.





ANNO.

ARBOR IX.
Exhibens posteros Agnetis Filiæ
RVDOLPHI I. Imp.

Princ: Anhalt.

D. Holsatiæ Süderburg

R. Daniæ.

R. et Principes Sueciæ.

D. Holsatiæ Gottorpiæ

D. Mechelburg.

Ioh. Ernest. n. 159.
Christia. Iulius
Ioh. Casimir. n.

Ioh. Georgius
Dorothea F. Ioh. Alb. C. Mansfelt. Dorothea F. Ioh. Cas. Palat.

Ioach. Ernest:
m. 1586.
1. Agnes F. Wolf. C. Barb.
2. Leonora D. Wirt.

Iohannes
m. 1551.
Margaretha F. Ioach. 1. El. Brand:

Ernestus
m. 1516.
Maria F. Henrici D. Munsterb.

Georgius
m. 1474.
Anna F. Alberti Co. Rupinensis

Sigismundus
m. 1405.
Iutha F. Gerardi Co. Querfurt.

Iohannes
Elisa. F. Com. ab Henneb.

Beatrix
Albertus Iunior Com. Ab Anhalt.

Rudolphus I.
El. Sax: 1356.
1. Iutha F. Ott. M. Bran.
2. Agnes C. a Lindau

Ex 1ª Christian Ernest, et 6 fratres Dorothea Friderica Lignano nupta et 7 sorores

Ex 2ª Iois Georg. et 4 fratres Dorothea Sibilla et 2 sorores

Iohannes Iun.
1. Elisa F. Ernesti D. Bruns:
2. Agnes Anhalt.

Elisabeth
Vlricus D. Mechel.

Fridericus
Sophia
Elisabetha

Christianus 5
Fridericus
Vlricus

Christian. 4.
Anna Catha. F. Ioach. Frid. El. Brand:

Fridericus 2.
Sophia

Christian. 3.
1559. Dorothea F. Magni D. Sax: Inf:

Frideric. 1. R. Dan.
1. Anna F. Ioh. El. Bran. Xrni Matr.
2. Sophia F. Bugslai D. Stetin.

Christian. 1. R. Dan: 1482.
Dorothea F. Ioha. M. Brand.

Hedwigis
Theodoricus Fortun: C. Altenb: et Delmenhorst 1440

Gerard. 5. 1404
Catharina F. M. Torquati D. Bruns. et Lun.

Anna
Henric. Ferreus D. Holsatiæ m. 1281

Christina
n. 1626.

Gustavus
m. 1632.
Maria Leonora F. Ioh. Sig. El. Bran.

Christina
Carolus R. Sueciæ 1611.

Adolphus
m. 1586.
Christina F. Phil. Landg. Hass.

Fridericus
n. 1597.
D. Gottorpiæ

Ioh. Adolphus
n. 1575. m. 1610.
Augusta F. Fride. R. Daniæ.

Adolph Friderich n. 158
N. Comitissa Frisiæ.

Ioh. Albert.
n. 1590.
1. N. D. Mechel.
2. N. Landg. Hass.

Iohannes
m. 1592.
Sophia F. Adolphi D. Holsat:

Ioh. Albertus
m. 1576.
Anna Sophia F. Alb: D. Pruss.

Albertus
m. 1527.
Anna F. Ioach. 1. El. Brand.

Magnus 3.
m. 1503.
Sophia F. Erici 2. D. Pom.

Henric. Pinguis
m. 1477.
Dorothea F. Frider. El: Brand.

Iohannes
m. 1423.
Catharina F. Erici 3. D. Sax.


Magnus D. Mechlb. 1384
Agnes F. Com. Rugiæ.

Albertus
m. 1320.
Euphemia F. Magni R. Sueciæ.

Anna
Henricus Leo D. Mechl. 1329.

Agnes
Albertus 2. D. et Ele: Sax: 1311.

RVDOLPHVS I.



ANNOTATIO IN ARBOREM NONAM,

QVÆ EXHIBET POSTEROS

RVDOLPHI I. IMPERAT. HABSPVRGICI

EX AGNETE FILIA.



ER MECHTILDEM Misniacis Saxonibus, qui hodie Electoratus dignitate fulgent, sanguis Austriacus est communicatus, Antiquioribus verò per AGNETEM sororem Mechtildis. Orti fuerunt hi, vti & Brandenburgenses ex Ascaniæ Comitibus, & isti quidem ex OTTONE I. March. Brandenburg. cuius pater ALBERTVS *Vrsus* dictus Marchiam post obitum Bribislai Obotriti ex Stadensibus Comitibus à Conrado Imperatore consecutus fuerat: illi ex fratre OTTONIS BERNARDO, primo Saxoniæ Duce creato, à Friderico I. 1180. post Guelphones proscriptos. Nepos huius, ex filio Alberto I. Saxoniæ Duce, ALBERTVS II. Elector prædictam Rudolphi I. filiam *Agnetem* vxorem duxit, & ex ea RVDOLPHVM I. Electorem genuit: qui trium Imper. HENRICI, FRIDERICI, contra Ludouicum, & postremo CAROLI IV. electioni interfuit: valde senex obijt. quarto Idus Martij, anno 1356. relictis tribus filijs: quorum *primus* RVDOLPHVS huius nominis, secundus Elector, templum Collegiatum VVittembergæ instituit 1357. & sine liberis 8. Idus Decembris 1370. mortuus

ALBERTVS Luneburgum, expulso à Carolo IV. Imperatore magno Torquato, occupauit, & in oppugnatione arcis Rikliagensis saxo percussus, etiam sine liberis obijt 1385. *Tertius* VVENCESLAVS fratri RVDOLPHO in Electoratu, & OTTONIS filijs in Luneburgensi ditione successit, vulneratus in obsidione Zellen. anno 1388. paulo post obijt. Ex hoc natus RVDOLPHVS III. Elector, veneno ab inuidis sublatus 1419. *Filij* in adolescentia, Turris ruinâ in arce Schweinicia extincti sunt anno 1406. ALBERTVS III. fratri Rudolpho III. in Electoratu successit, in incendio nocturno in rustica casula, vbi in Venatione pernoctarat, territus, sine prole obijt 1422. & tunc Electoratum Sigismundus nepoti Mechtildis Bauaræ, & Friderici Misniaci, Friderico scilicet Bellicoso contulit, vt superius dictum.

BEATRIX filia RVDOLPHI Ducis, & Saxoniæ Electoris Alberto Iuniori Anhaldino Principi nupsit, & Austriaci sanguinis participem fecit. Fuit hic HENRICI I. Saxoniæ Electoris pronepos, abnepos BERNARDI I. à Friderico I. Saxoniæ Ducis creati: cũ fratre suo VVALDEMARO arcem Dessauiensem exstruere cepit, postquam ex captiuitate Aldenburgica, in quam ipse Fridericum *Admorsum* Thuringiæ Landgr. trahebar, liberatus est. *Anhaltinus.*

JOANNI filio vxor adeò molesta fuit, & rixosa, vt in exilium abierit, & quo locorum obierit, ignoretur.

SIGISMVNDVS, & ALBERTVS fratres pro iure suo in Marchiam Brandeburgensem 6000. aureorum acceperunt, & eã à Ludouico Imperatore, filio collata est: ditionibus deinde diuisis, diuersa etiam studia secuti sunt. Sigismundus bella secutus, & primum quidem feliciter contra Magdeburgenses gessit; in secundo verò contra Joannem Nassouium Archiepiscopum Moguntinum, partes Friderici Brunsuicensis, & Luneb. Ducis, & Electi Romanorum Regis defendens, hoc ad Frizlariam occiso, & socero Rudolpho III. Saxoniæ Electore capto, vix euasit: mortuus deinde Seruesti anno 1405. reliquit JOHANNEM Præpositum Mersburgensem, & GEORGIVM Principem Anhaldinum, quorum tutor fuit ALBERTVS, patris eorum frater, mortuus 1424.

GEORGIVS vbi adoleuit, *Bernardi* VI. Bernburgicæ stirpis vltimi, bona suis adiecit; & RVDOLPHVM sub Maximiliano I. duplici victoriâ, à Venetis reportatâ clarum genuit: Primum enim ad Adulam, deinde ad Bachilionem amnem circa Vicentiam

centiam circumuentus à Bartholomæo Liuiano Venetorum Duce auxilio Fronsbergij, & Prosperi de Columnâ (qui tamen exercitum Cæsaris in locum periculosum duxerat) Victor Venetorum euasit; victus verò à veneno Veronæ; & ibidem in Dominicanorum templo humatus; ex *nouem* filijs vnum ERNESTVM stemmatis Propagatorem reliquit.

Hic Dessauiæ templum Parochiale extruxit in quo etiam quiescit.

JOANNES cum fratribus GEORGIO, & JOACHIMO summa in concordia vixit, ac ædificijs ditionem exornauit, & ad alia subditis ligna petentibus libenter concessit, dicens: malle se homines sibi cohabitare, quam cum bestijs sub arboribus in syluis latere.

JOACHIMVS ERNESTVS, ex *Leonora* VVirtembergia secunda Coniuge, *sex* filios, & *quatuor* filias suscepit; ex prima verò *Agnete* quatuor filias, & *duos* filios IOANNEM GEORGIVM, & CHRISTIANVM *seniorem* dictum, respectu nepotis ex fratre, qui tamen ipse senior etiam ratione cognominis filij appellatus. Hic cum patre Bohemorum Generali contra Cæsarem militauit, captus, & Neostadij, ac Viennæ detentus, tandem supplex veniam petijt, & impetrauit 12. Decembris anno 1621. sicut & parens 11. Iunij 1624. eandem obtinuit.

ANNA AGNETIS RVDOLPHINÆ filiæ secunda coniunx fuit *Henrici* Mechelburgici, *Leonis* cognomento, quod in sylua Bohemica, cum reliqui commilitones sui fugerent auditâ famâ de Imperatoris Alberti Austriaci aduentu, ipse ceu Leo intrepidus aduentum eius exspectaret. Atnepos fuit PRIBISLAI vltimi Obotritorum, vel Herulorum Reguli, & Dynastæ Megapolensium, qui baptizatus 1172. deinde Luneburgi ex casu in Equestri certamine obijt 1178. Eius tritauus MISTEVOIVS Herulorum Rex 28. & huius ALBERICVS Rex eorundem 21. Pronepos GENSERICI Regis Vandalorum, & Herulorum 18. ac Dynastæ Megapolensium. Porro HENRICVS Leo etiam Rostochium à Christophoro Rege Daniæ iure perpetuo possidendum accepit, & ditionem Stargartensem contra VValdematum M. Brandenburgicum strenuè defendit: Law nominis sui oppidum ædificauit, & Monasterium in Ribnizanno 1319. mortuus 1329. & sepultus in Debram. *Prima* eius vxor fuerat *Beatrix*, Alberti Marchionis Brandenburgensis filia, cum qua Stargartensem Comitatum doris loco accepit anno 1290. Solius MECHTILDIS mater, quæ vxor deinde *Ottonis Luneburgensis* facta est. *Tertia* Vidua *VVislai* Principis Rugianorum *ἄπαις* mortua. Secunda ANNA prædicta soror Rudolphi I. Saxoniæ Electoris, cum VVismariam ingredi vellet, ciues portas clauserunt, quâ iniuriâ maritus motus vrbem obsidione cinxit, & occupauit: *duos* ei filios peperit ALBERTVM, & IOANNEM, quos ambos Carolus IV. Imperij Principes creauit 1348. IOHANNIS progenies, ex VLRICO Duce Stargariensi, ad nepotem tantùm eiusdem nominis peruenit, qui filias tantùm reliquit, MAGDALENAM, primo *Vratislao* I. Duci Pomeraniæ, deinde *Burcardo* Comiti Barbiensi nuptam, & ENGELBERGAM vxorem *Evverbini* Comitis de VVerthem, atque ELISABETHAM Abbatissam in Dolbertin.

ALBERTVS frater IOANNIS, Ericum Secundum Saxoniæ Ducem, Prædonum Receptatorem valde afflixit. Magnum *Torquatum* Brunf. prælio superauit, bellum cum Ludouico Romano, coniugio filiæ suæ INGELBVRGÆ composuit, mortuus 1380.

Tres filios præter dictam ENGELBERGAM, & ANNAM *Adolphi* Comitis Holsatiæ coniugem genuit, ALBERTVM Sueciæ Regem mortuum 1314. Filius huius vnicus ERICVS *ἄπαις* mortuus, vti & HENRICVS Alberti frater.

Solus MAGNVS primus Dux creatus stemma propagauit, & Aquisgrani obijt.

Filius huius IOANNES, auxilio Alberti Patruelis, & Senatus Rostochiani ibidem Academiam fundauit: in Sueciæ Regem electus, in Regno adeundo morte præuentus est. 1423. *Academia Rostoch.*

HENRICVS *Pinguis* Gustronium cum VVandaliæ principatu accepit, post obitum VVilhelmi vltimi Principis 1430. & obijt 1447. relicto ex *quatuor* filijs MAGNO huius nominis secundo.

Hic cum VLRICO patruele, Stargardiæ Principe, terram sanctam inuisit, & eo mortuo, eam suæ ditioni adiecit, Cathedralem Ecclesiam Sancti Iacobi Rostochij fundauit, VVismariæ apud Augustinianos quiescit.

ALBERTVS filius corpore, & ingenio magnus fratri HENRICO Lutheri inductori, sine filijs defuncto, successit, Christianum II. Daniæ Regem è captiuitate liberare conatus est; sed irrito conatu: mortuus maior sexagenario 1547.

IOANNES ALBERTVS Rostochium obsedit, & Academiam ibidem ex Monasteriorum reditibus, consilio fratris VLRICI auxit.

IOANNES filius ante Patruum Carolum vitâ functus, ideoque hic pro liberis Ducatum administrauit.

ANNA filia HENRICI LEONIS, nupsit Comiti Holsatiæ *Henrico Ferreo*, ita sine dubio ob multa bella, quæ gessit cognominato; illud verò inprimis de ipso memorabile, quod leo, cum ab inuidis delatoribusque in Anglia laxaretur, vt ipsum dilaniaret, ad eius conspectum, & verba, quibus canis coram leone silentium imperabat, territus abscesserit; postea ingressus cancellos, sertum de capite suo, Leoni imposuit, & ad Anglos ait: Si quis inter vos nobilior me est, sertum hoc de capite eius referat, reduci in Holsatiam Regnum Sueciæ à proceribus, ob neglectam sororem suam ELISABETHAM, ab Haquino Rege, ex pactis sponsalitijs oblatum est; sed illud ALBERTO affinis sui filio detulit, obijt 1381. Izehoe sepultus. *Holsatus.*

Filius GERARDVS V. Holsatiæ Comes, Dux primus Schleswicensis à Margaritha Daniæ Regina inuestitus, diu cum fratribus de bonis contendit, denique in Hamburgenses mouens, insidijs hostium circumuentus, in loco, qui Sudeihamme dicitur, cum duodecim equitibus auratis, & 300. nobi-

Methelburg.


nobilibus trucidatus est 5. Augusti 1404. & Izehoij sepultus: filios reliquit tres, HENRICVM de sententia Imperat. Sigismundi Ducatu Slesuicensi priuatum, & ante Flensburgum cum scalas arcem oppugnaturus sepi admouisset, lancea à milite per sepem confixum 1427. *sponsa Ducissa* Brand. & Luneburg. innupta mansit. Secundus ADOLPHVS Octauus, tertij fratris sui, GERARDI Sexti, vxorem *Annam* Bernardi Secundi M. Badensis filiam, quod septimo mense gemellos peperisset, adulterij accusauit; neque medicis peritis, & honestis matronis contrarium affirmantibus credere voluit; sed Holsatiam relinquere coegit: maritus hanc comitatus animi mœrore obijt 1433. filium quoque huius HENRICVM ex naui piscatoria lapsum submersit, & sororem eiusdem CATHARINAM in Prezense monasterium inclusit; Ideoque à Deo punitus, *ἄπαις* etiam obijt 1448. 4. Decembr. ac Ducatus Slesuicensis, quem post multa bella pro eo gesta, vt feudum à Christophoro Daniæ Rege acceperat, ad eandem Coronam recidit.

R. Daniæ. Soror horum HEDVVIGIS primum *Balthasari* Megapolensi ἄπαιδι, deinde *Theodorico* Fortunato, Comiti Altenburgio, & Delmenhorstensi nupsit, ac CHRISTIANVM primum Daniæ Regem genuit: factum hoc fauore Adolphi auunculi, à quo educatus, & hæres Schlesuicensis Ducatus, ac Holsatiæ Comitatus declaratus; eundem Fridericus III. Imperator illi, dum Romam Religionis ergo peregrinaretur, in Ducatum transformauit, mortuus 1482. 22. Maij Haffniæ, filijs testamento relinquens, IOANNI Regna, & FRIDERICO Ducatus.

FRIDERICVS fratris filium CHRISTIANVM II. Regno expulit, & Lutherum induxit, mortuus anno 1533. tertio Aprilis *Gottorpi*, patri filius CHRISTIANVS III. in Regno successit, & idem 1559. Calend. Januarij, h. 5. vespertina filio FRIDERICO II. reliquit, & hic 1588. filio CHRISTIANO IV. quem ex *Sophia* filia Elisabethæ materteræ genuerat; Primam verò originem Reges hi trahunt à VVIDEKINDO MAGNO Saxonum Rege, per nepotem huius VVALBERTVM Comitem Ringelheimensem, sicut & OTTONES Imperatores per fratrem huius BRVNONEM.

ADOLPHVS CHRISTIANI III. frater Carolo Quinto, & Philippo filio in Belgio militauit, & 1586. defunctus, filia matri cognominis CHRISTINA Kilonij 1573. 12. Aprilis nata, nupsit *Carolo Ioannis* III. Suecorum Regis fratri, ac Gustaui filio, qui cum fratris filius SIGISMVNDVS in Regem etiam Poloniæ electus, Regnum adijsset, à suis Sueciæ Rex est appellatus; genuit hic GVSTAVVM, qui in Germaniam euocatus, post occupatum & deuastatum Imperium ad Luzam in prælio occisus, *vnicam* filiam CHRISTINAM hæredem reliquit.

JOANNES CHRISTIANI III. filius *Iunior*, ex *Agnete Hedvvige* Ioachimi Ernesti Principis ANHALTINI filia, ab Augusto Electore Saxoniæ viduata, *septem* marium, & *sex* puellarum parens factus est.



ANNO.

ARBOR X.

Regum, et Archiducum Austriæ proximam sanguinis coniunctionem cum Imp FERDINANDO III. moderno exhibens.

R.Daniæ
R.Angliæ
R.Vng. et Boh.
R. et Infans Hispa.
R. et P.Sueciæ

Christian. 5.
Carolus
R.Hispan. et R.Angl.
R.Galliæ
Augusta
Ferdin. Franc.
Maria Anna
Philippus Augustin.
Philipp. Baltasar
R.Galliæ
imperatrix
Infans Card.
R.Poloniæ
A.A. et C. Tirolis.
Christina
Maria Leonora

A.D.A. et
R.Polon.

Christian. 4.
Anna
Henrica Maria R. Anna Maria
Ludovic. 13.
Leonora
Ferdinandus 3.
Leopol. Wilhelm.
Maria Anna
Cæcilia Renata
Philippus 4.
Anna Maria
Maria
Ferdinandus
Ladisla. Casimir.
Ferdinãd et fratres
Anna

Sophia
Maria
Vincentius
Ferdi. 2. Imp.
Margaretha
Anna et Constantia
Leopoldus
Maria Leonora

Elisabeth
Iohanna Franc. M. D. Flor.
Leonora
Carolus
Maria

Sophia
Anna

Anna
Ladislaus

Elisabeth Casimirus R. Pol.

ALBERTVS II. Imp.

ARBOR XI.

Electoralium Familiarum proximam Consanguinitatem
Cum: Imp: FERDINANDO III. exhibens.

D. Neoburg. | D. Bipontinus. | El. Saxo. | El. Brand. | El. Bavariæ. | El. Colon. | D. Bavar. | Ep. Osnabrug. | Ref. Pri. Vng. et B. | Heidelberg. | D. Weimmar. | D. Coburgi. | D. Wirtenberg. | M. Brandeb. | D. Lignitz et Brig.

Frid: Wilhelm: | Carolus Robertus

Phil: Wilhelmus | Joh: Georg | Geo: Wilhelm: El: | Fer: Franciscus. | Fridericus 5. | Joës Philippus | Ioan Ebert. Ioan Frider. Ioan Vlric.

Wolf: Wilhelmus. | Johannes Bip: | Magdalena | Anna | Maximilianus El. | Ferdinandus | Albertus | Francisc. Wilhelm. | Ferdinand. 3. | Fridericus 4 | Fridericus Wilhelmus | Johannes Wilhelmus Bernardus | Johannes Casimirus | Johannes Ernestus | Barbara | Christia. Wilhelm. | Geor. Er. Joh. Christianus

Anna | Magdalena | Maria Leonora | Wilhelmus Renata D. Lotr. | Ferdinandus | Ferdinandus 2. | Ludovicus Elec. | Dorothea | Elisabeth | Joachim Fridericus | Joachim Fridericus

Maria Wilhelmus D. Cliviæ | Anna | Carolus | Maria | Sophia | Georgius

Anna | Casimirus | Sophia

Ladislaus | Sophia

Elisabeth

ALBERTVS II.
Imperator.

ARBOR XII.

Aliorum Imperij Principum Germanorum Proximam Conjunctionem cum Imp: Ferd: III exhibens.

D. Dannburg.
Henricus Augustus
Augustus
Henricus. Vilhelmus. et Fily 7
Sophia
Vrsula

M. Onspach et Berith.
Christian. Joachim Ernst
Elisabeth
Joachimus Ernestus
Margaretha
Joachimus I.
Margaretha

P. Anhalt
Jan. Ernestus Christia. hen Jan. Casimi.
Johan Georg

D. Pomeraniæ
Philipp' Juli Philipp' Zef Fratres
Bugslaus XI.
Philippus
Georgius
Anna
Anna

D. Lauenburg.
Franc Carol. et Fratres
Maria
Hedvigis

D. Brunswig.
Frideric VI. ricus
Henricus Iulius
Hedvigis
Sigismund. R.Pol.

Rex P. Vng. et Boh.
Ferd. Francis
Ferdinandus 3.
Ferdinandus 2.
Carolus
Anna
Ladislaus
Elisabeth

D. Mechlburg.
Adolphus et Fratres
Iohannes
Sophia
Albertus

M. Durlach
Fridericus
Georgius Fridericus
Carolus
Elisabeth
Sophia

L. Hassiæ Cassel.
Philipp. Wilhelm.
Wilhelmus m. 1637.
Mauritius
Sabina
Anna
Georgius Pius


L. Hassiæ Darmstatt.
Georgius
Ludouic.
Georgius
Magdalena
Sabina


L. Leuchtenberg.
Georg Frideric.
Georgius Ludovicus
Ludovicus
Barbara

ALBERTVS II. Imperator.

ARBOR XIII.

Marchionis Badensis, et Exterorum Principum proximam coniunctionem cum Imp: FERDINANDO III. exhibens.





ANNOTATIO IN QVATVOR PRÆCEDENTES ARBORES X. XI. XII. XIII. QVÆ EXHIBENT

FERDINANDI III. IMPERATORIS, FERDINANDI II. FILII, Ex RVDOLPHO I. IMPER. HABSBVRGENSI

DESCENDENTIS PROXIMAM SANGVINIS CONIVNCTIONEM CVM REGIBVS, ARCHIDVCIBVS AVSTRIÆ, ELECTORIBVS, ALIISQVE IMPERII PRINCIPIBVS GERMANIÆ, MARCHIONE BADENSI, ATQVE EXTERIS PRINCIPIBVS.



PRæcedentibus Arboribus primam, quantum inuenire potui, Regum ac Principum sanguinis coniunctionem cum RVDOLPHI Primi Imperatoris posteris declaraui; hisce quatuor proximam eorundem cum FERDINANDO III. moderno Imperatore &c. consanguinitatem secundum Juris Canonici computationem exhibeo, atque eam, vt superius notatum, per ALBERTVM II.

Quantum verò *decimam Arborem* attinet, Austriaci ipsi luce non indigent; cum in hoc eadem sit cum *prima*. Rex Poloniæ cum fratribus in *quinta* explicatus. AVGVSTA *in Septima*.

REGI GALLIÆ, & Reginis sororibus, vti AVGVSTÆ, communis stipes cum Imperatore FERDINANDO III. *Ferdinandus I.* & *Anna*: REGIBVS verò ANGLIÆ, & DANIÆ communis stipes *Casimirus* & *Elisabeth*, vtpote quorum filia ANNA *Bugslauo* X. Pomeraniæ Duci (de quo in *tertia Arbore*) nupta, SOPHIAM CHRISTIANI IV. Regis Daniæ proauiam & CAROLI Regis Angliæ abauiam genuit. SVECIÆ PRINCIPISSA cum ELECTORIS BRAND. FILIO in eodem gradu, vtpote sororis filia.

In *Arbore vndecima* BAVARIÆ ELECTORI & fratribus cõmunis stipes cum IMPERATORE, *Anna* & *Ferd.* I.

Ferd.I.Filia enim horum ANNA ex Alberto parentes eorum progenuit. Sic etiam soror huius MARIA, ex VVilhelmo Cliuensi, auias Electoris Saxoniæ,& Brandenburgensis,ac Ducum Neoburgi,& Biponti: MARIÆ LEONORÆ coniunx Albertus Dux Borussiæ ex Magistro ordinis Teutonici. Heidelbergensis, & aliorum communis stipes Elisabeth, & Casimirus, ob filiam SOPHIAM, quæ ex Friderico V. Brandenburgensi Marchione, CASIMIRVM & SOPHIAM genuit: Ille pater MARIÆ, coniugis Friderici Electoris Palatini, proaui FRIDERICI V. & aui Coburgensium,& VVeinmariensium: soror SOPHIA Friderico Duci Lignicensi, & Brig. elocata, mater facta GEORGII & SOPHIÆ coniugis Ioannis Georgij Electoris Brandenburgensis, atque auia CHRISTIANI VVILHELMI, ac BARBARÆ matris Ducis VVirtenbergici.

In Arbore duodecima LVNEBVRGII, ONSPACENSES, & ANHALTINI communem stipitem habent Albertum II. Imperatorem; huius enim filia ANNA, vxor data VVilhelmo Saxoniæ Duci, qui oblatum Bohemiæ Regnum Georgio Podiebradio cessit, & pater ex ea factus MARGARETHÆ, quæ Iohanni Marchioni Brandenb. Ciceroni Germanico nominato nupta, ex eo genuit VRSVLAM, HENRICI & VVILHELMI, ex Henrico pacifico Duce Megapolensi,auiam: Frater huius JOACHIMVS I. Elector Brand. pater fuit MARGARETHÆ, quæ post primi mariti Georgij D.Pomeraniæ obitum, Ioanni Principi Anhaltino nupsit, & ex eo JOACHIMVM ERNESTVM stemmatis propagatorem genuit, ac ELISABETHAM tertiam coniugem Iohannis Georgij Electoris Brandenburgici, CHRISTIANI Onspacensis matrem. DVCES POMERANIÆ, LAVENBVRGI, & BRVNS in Elisa & Casimiro conueniunt: filia ANNA ex Bugslauo X. Pomeranos propagauit; filius SIGISMVNDVS, HEDWIGEM Ioachimi II. Electoris Brandenburgensis coniugem genuit, HEDWIGIS item matrem, & Lauenburgensium, & Brunsuicensium ex JVLIO auiam. MECHELBVRGII, DVRLACHIVS HASSI, & LEVCHTENBERGIVS communem quoque cum modernis Austriacis stipitem habent Elisabetham & Casimirum. SOPHIA filia ex Friderico V. Marchione Brandenburgensi 1. ELISABETHAM genuit, Ernesti Durlachij coniugem, & Friderici abauiam. Secundo GEORGIVM pium, qui ex Hedvvige f. Caroli Ducis Mynsterbergēsis, ANNAM suscepit, Christophori Ducis VVittembergij coniugem. & matrem SABINÆ, auiæ OTTONIS Hassi, item SABINAM Ioannis Georgij Electoris secūdam vxorem, parentem MAGDALENÆ GEORGII Hassi matris: Tertia Sophiæ proles ALBERTVS, ex Friderici I. Daniæ Regis filia Dorothea, SOPHIAM genuit Megapolensium auiam: Quarta BARBARA Georgij Leuchtenbergij coniunx, modernorum proauia fuit.

In decima tertia Arbore communis SABAVDIÆ, MANTVÆ, MVTINÆ, & PARMÆ cum Imp. Philippus I. Rex Hispaniarum: huius enim ex Philippo II. proneptis CATHARINA Carolo Emanueli modernos Sabaudos genuit, & cognominem CATHARINAM Mantuanorū & Mutinensium matrē. Parmensis auiam habet MARGARETHAM Caroli V. filiam. Poni hic potuisset in prima Arbore; verum in ea viuentes tantum hodie Austriacos, & defunctos Masculos exhibere volui; ideoque cum prior nexus non inueniatur, hic ponendum censui. Familiam hanc Platina è Germania oriundam putat; Annius verò in itinerario Antonini Tuscanam arbitratur: inclarescere primùm cœpit tempore Conradi, & Henrici Imperatoris; cum enim hic bellum moueret Pontifici circa 1080. annum, Petrus Farnesius senior collectis copijs ipsum Oruieto eiecit.

Huius filius PETRVS Iunior, equitum Pontificiorum Magister insignem in Vidicensium litore victoriam de hostibus reportauit. PRVDENTIVS patrem imitatus libertatis Ecclesiæ conseruator audijt. PETRVS huius filius Cos. Oruieti 1174. hinc Senas venit & Tolomæos pulsos restituit. Nepos NICOLAVS, OCTAVII atauus, supremus item equitum Magister Ecclesiæ Romanæ fuit, cum Carolus Andium Dux Italiā ingressus. Abauus, PETRVS Sextus, Ecclesiæ quoque defensor cum Galeotto Malatesta Bononiam victoriosè liberauit. Proauus RANVTIVS Imperator item Ecclesiastici exercitus sub Eugenio IV. & ab hoc aurea Rosa donatus fuit, ac deinde nepos eius ALEXANDER Farnesius Ecclesię Romanę summus Pōtifex creatus PAVLVS III. nominatus, primus Societatem nostram confirmauit. Pater Octauij PETRVS Luisius Dux I. Parmæ creatus, 10. Septembris, vti Astrologus quidam præmonuerat, Placentiæ crudeliter trucidatus est, & Pontifex Parmam, Cæsar Placentiam occupauit. Filius Margaritham Caroli V. Imperatoris filiam, & Alexandri Medicei viduam, in vxorem accepit, ac Pontificij exercitus sub socero ductor fuit. Deinde à Julio III. Parmam 1550. à Cæsare verò Cosmi Medicæi interuentu 1556. Placentiam, ac Nouaram recepit; Mors verò illi omnia abstulit 1586. quo etiam vxorem Ortone, quæ illi in Regno Neapolitano dotalis ciuitas erat, paulò ante è viuis sustulerat.

Successit patri ALEXANDER, rebus in belgio gestis nobilis, qui cū Antuerpiæ obsidione hæreret, Philippū Hispaniarū Regem compulit, vt Placentinam arcem, quam Hispani secundum pacta cum parente tuebantur, penè inuitus restitueret. Decessit anno 1592. ætatis 47. duos filios relinquens ex Maria, filia Eduardi Principis Portugalliæ, RANVTIVM in Ducatu successorem, & ODOARDVM S.R.E.Cardinalem.

Magnus Dux Hetruriæ cum Ferdinando III. moderno Imp. communem auum habet CAROLVM AA. Ducissa Lotharingiæ, ex MARGARETHA Augustæ sorore genita communem habet stipitem FERDINANDVM I. Imperatorem; Dux verò coniunx auiam habet CHRISTINAM progenitam à Christierno Rege Daniæ, & Isabella filia PHILIPPI I. Regis Hispaniarum communis stipitis. M. Badensis VVilhelmus in arbore secunda satis explicatus, communem cum Friderico II. Imperatore tritauum habet ERNESTVM Ferreum.

G Jam

Jam si communes DVAS in consanguinitatis gradibus, juris Canonici regulas obserues: RECTÆ scilicet LINEÆ, *Tot esse gradus, quot generationes*; & TRANSVERSÆ; *quod tot à se inuicem gradibus distent, quot is, qui maximè distat à communi stipite*, reperietur.

In Arbore Prima.

IMperator FERDINANDVS III. & frater LEOPOLDVS VVILHELMVS, & sorores MARIA ANNA & CÆCILIA RENATA in primo.

Princeps Vngariæ & Bohemiæ FERDINANDVS FRANCISCVS in primo.

Rex Hispaniarum PHILIPPVS IV. in secundo.

Rex Galliæ LVDOVICVS XIII. in tertio.

Rex Angliæ CAROLVS in sexto.

Rex Poloniæ LADISLAVS, & fratres & soror in secundo.

Rex Daniæ CHRISTIANVS IV. in quinto.

Imperatrix LEONORA in tertio.

Imperatrix moderna MARIA in secundo.

Regina Hispaniarum ISABELLA in tertio.

Regina Galliæ ANNA MARIA in secundo.

Regina Angliæ HENRICA MARIA in tertio.

x Filia GVSTAVI Sueciæ Regis in quinto.

ARCHIDVCES A. & COMITES Tyrolis in secundo.

In Secunda.

ELector Bauariæ MAXIMILIANVS in tertio.

Elector Coloniæ, FERDINANDVS frater in eodem, vti & tertius ALBERTVS, atque Episcopus Osnaburgensis cum fratribus MAXIMILIANO Societatis Jesu, & Ferdinando Comite &c.

Elector Saxoniæ JOHANNES GEORGIVS & *Brandenburgicus* in quarto.

Heidelbergenses in septimo.

Duces VVimarienses FRIDERICVS & JOHANNES in quinto.

Duces Coburgi JOHANNES CASIMIRVS & frater in quinto.

Duces *VVirtembergenses* in sexto & MATER in quinto.

Duces *Lignicenses* & *Brig.* in quinto.

CHRISTIANVS WILHELMVS M. Branden. in quinto.

Dux Neoburg. WOLFFG. WILHELMVS in tertio.

Dux Bipontinus JOANNES in tertio.

In Tertia.

DVx Brunsuicensis FRIDERICVS VLRICVS in quinto.

Dux Lauenburg. FRANC. CAROL. in quinto.

Dux Pomer. PHIL. JVL. & BVGSLAVVS XII. tum PHILIPPVS II. in quinto. Propter huius proauiam ANNAM filiam Elisabeth & Casimiri III. in quinto.

ANNA Bugslaui filia nata 1590. 30. Nouemb. nupsit. ERNESTO Duci Croiano & Arschottano, eiq; filium peperit vnicum hæredem cognatum *in sexto* cum Imperatore.

Dux Danneburg. HEN. AVG. in septimo, & in simili DVCES LVNEBVRG. nepotes VVILHELMI.

March. Onsp. & Beryti in septimo.

Anhaltini in simili.

Dux Mechelburg ADOLPHVS in quinto.

Marchio *Durlacensis* in quinto.

Landgrauij Hassiæ MAVRITIVS & GEORGIVS in quinto.

Landgrauius Leuchtenberg. GEORGIVS FRIDERICVS in quinto.

In Quarta.

M. D. Florentiæ FERDINANDVS in secundo.

D. Sabaudiæ THOMAS in quarto.


D. *Lotharingiæ* in quinto & *Ducissa* in quarto.

D. Mantuæ FRANCISCVS & LVDOVICVS in quinto.

D. *Mutinæ* in quarto.


D. *Parmæ* Alexandri filius in quarto.

M. Badensis FERDINANDVS MAXIMILIANVS in septimo.



ANNO-

ARBOR XIV.
Exhibens quomodo omnia Regna, et Provinciæ Domus Austriacæ ad eandem deuenerint.





ALPHABETICA ANNOTATIO IN ARBOREM DECIMAMQVARTAM,

QVÆ EXHIBET

QVOMODO OMNIA REGNA ET PROVINCIÆ DOMVS AVSTRIACÆ,

Ex

RVDOLPHO I. IMP. HABSBVRGICO

DESCENDENTIS AD EANDEM PERVENERINT.

Asturia & Legio. STVRIA & LEGIO. PELAGIVS ex Regio Gothorum sanguine Fafilę Cantabrię Ducis filius, à Christi anorum, qui in mótes Asturiæ cófugerant, reliquijs, Rex cósalutatus anno 716. Christi, magnâ strage Maurorum editâ, vix regnum orsus, hosti Legionem eripuit, ibique sedem sui principatus figens, reiectis Gothorum Regis insignibus Leonem sumpsit rubrum, in albo campo ferocientem, quo hodieque vtuntur Reges Legionenses. Pelagium in Regno secutus est FAFILA filius; hunc autem improlem ALPHONSVS Catholicus, PETRI Cantabriæ Ducis filius, ex genere RICAREDI Catholici Gothorum Regis oriundus, ductâ vxore *Ormisenda Fafilæ* sorore, & vnica hærede. In Alphonsi familia, posterisque Legionis Principatus mansit, vsque ad Veremundum Regem Leg. 24. quo anno 1020. fine successore masculo defuncto, per sororem SANCIAM Regnum ad FERDINANDVM Arragoniam deuenit. Vide *Arragoniam* Merc. in Atl.min.p.156.

Arragonia, & Nauarra. ARRAGONIA, & NAVARRA. ENNICVS, dictus *Arista*, quem dicunt Comitem Bigorræ fuisse, ex Gothica gente oriundus, à montibus Pyrenæis cum exercitu descendens, magnas Maurorum copias in Hispania Tarraconensi deleuit, circa annum Christi 717. inde nouam REGNI ARRAGONIÆ, & NAVARRÆ faciem constituit. Horum hæres *abnepos Ennici* SANCIVS *maior*. Vide *Castellam* Alb.p.6.

Austria. AVSTRIA. Ius & Regimen AVSTRIÆ à S. LEOPOLDO in quartam generationem masculam propagatum est, ad HENRICVM scilicet de *Medlinga*; ab hoc deinde per *filiam* GERTRVDEM (Heutr. *Agnetem Meinhardi* coniugem facit) huiusque ex filia AGNETE, & *Vdalrico* Carynthiæ Duce neptem ELISABETHAM, ad Habsburgicos deuenit. Hæc enim Alberto I. Imp. nupta, ius eidem in Austriam, alijs legitimis deficientibus, contulisse videtur; ideoque eadem illi in Augustanis Comitijs à patre confirmata potiùs est, quàm tradita, vel potiùs, vt in eam ius acquireret filius, vt Heutt. p.45. vxorem impetrauit *Elisabetham*; Et quid simile videtur Rho insinuare, dum dicit p.33. matrimonium hoc quæsitum à Rudolpho I. vt filio successionem pararet. Vendicauerat sibi hanc Ottocarus Bohem. Rex, ob materteram coniugis Alberti I. *Margaretham* vxorem suam, & annis aliquot sine feudi petitione retinuerat; sed à Rudolpho, vi adductus, feudum Bohemiæ, & Morauiæ accepit; ac terras tantum Cis-Danubianas retinuit, alias Alberto cessit; ab vxore verò secunda excitatus, bellum mouit, & in eo occisus ab Austriacis 1278.

Alsatia. ALSATIA. Hanc RVDOLPHVS I. per secundam coniugem *Agnetem* acquisiuit: etsi non desint, qui hoc Alberto, patri eius tribuant, in cuius connubio filia Simonis Comitis Engenheimensis vixerit, à quo post mortem HENRICI vltimi illius stirpis anno 1231. defuncti, simul cum Ludouico Ottingensi, cui Henrici soror nupta fuerat, ditionis illius hæres sit factus; Ottingensis autem partem suam Argentinensi Episcopo vendidit. Albizius.

Artesia. ARTESIA. COMITATVS hic ad LVDOVICVM *Malanum* per matrem MARGARITHAM, filiam Philippi *Longi* Regis Franciæ peruenit, & per huius filiam MARGARETHAM ad BVRG. Duces, perque horum posteros ad AVSTRIACOS. Mercator in Atl.min.p.296.

Antverpia Marchionatus Imperij. ANTVERPIA MARCHIONATVS IMPERII. vide *Artesiā*. eiusdem enim etiam Dominus fuit LVDOVICVS Malanus Comes Flandriæ.

Burgūdia. BVRGVNDIA. Vide *Artesiam*; simul enim

cum

cum hac per matrem ad LVDOVICVM Malanum Flandriæ Comitem peruenit,& per huius filiam ad Duces Burgundos, & horũ posteros ad Austriacos.

Brabatia. BRABANTIA. Hæc per *filiam* JOHANNIS Ducis Braban.& Limburgi MARGARETHAM,ad LVDOVICVM *Malanum* Flandriæ Comit. cum alijs per matrimonium deuoluta est.Merc.sup.

Burg. D. BVRGVN.D. Hic per PHILIPPVM Audacem eiusque posteros ad Austriacos peruenit.

Bohemia & Vng. Burgau.& Brisa. BOHEMIA & VNG BVRGAV. & BRISAV. vide *Carinthiam*. Duo ista Regna FERDINANDVS I.cum *Anna* filia Ladislai, vtriusque Regis,post mortem fratris Ludouici, tanquam legitima hærede consecutus est 1526.

Castella R. CASTELLÆ R. PELAGIVS ereptâ Mauris Legione(vide *Astur.*)Castellum quasi propugnaculum aduersus Barbarorum vim extruxerat, cui qui præfecti, COMITES CASTELLÆ nuncupati, Regem Legionensem vt Principem diu agnouerunt, vsque ad ORDONIVM secundum Asturum Legionisque Regem 14. qui cum Comites proceresque Castellæ per speciem colloquij ad se euocatos obtruncasset, Castellani pessimo scelere indignati, proiecto Regum Legionis iugo, ex suo corpore duos elegerunt Judices, Nunium Rausuram, & Lainum Caluum: vnum qui iuri dicendo, alterum qui rebus bellicis præesset, quorum Liberi, horumque posteri Comites Castellæ sunt appellati, vsq; ad Sanctium maiorem Nauarræ & Arrag.Regem, qui cum bello fortis Cordubam, & Toletum Saracenis eripuisset, Maurosque omnes Nauarrâ, Arragoniâ, Castellâ, Legione, Portugalliâ, alijsque Hispaniæ locis expulisset, & totam Hisp. Christiano nomini restituisset, ducta *Elvirâ* SANCTII Castellæ Comitis filia, Garsiæque postremi Comitis sorore, ex asse hærede, se dotis nomine non Comitem, sed Regem Castellę scripsit,regnumque ad filium FERDINANDVM,& per hunc ordine longo ad Austriacos transmisit.Mercator p 162.Atl.min.

Carinthia. CARINTHIA. Lazius in Ger. pe.32. docet,quod RVDOLPHVS I. MEINHARDO Comiti Goriciæ,& Tyrolis ob filiam suam *Elisabetham*, *Alberto* I. in vxorem datam, pro gratitudine Ducatum Carynthiæ contulerit: Rho Teruisium & vicina loca adiungit p.34. Per mortem vero vltimi Ducis ad Ludouicum Imperatorem deuolutam, ALBERTVS II. Austriacus, ALBERTI I. filius in feudum eam accepit, & suis reliquit, pag.49. in Aust. Heutterus verò pag.47.in quarto,vult Ottonem, fratrem Alberti, Ducem Stiriæ circa annum 1330. à duobus Cæsaribus eam accepisse, Ludouico scilicet,& Carolo IV. quod huius sororem *Annam* secundis nuptijs vxorem duxisset. Ab hoc *Ottone* sine liberis defuncto, eam *Albertus* frater accepit. Ad initium cap. huius idem Carniolam partem facit Carinthiæ, & deinde simul cum Carinthia Ottoni datam dicit. Dictus frater Albertus etiam ad initium regiminis sui Marcam VVindorum, Burgouiæ, & Brisgouiæ acquisiuit, & alia in Sueuia; in Rhetia vero Comitem Hochenbergensem apud Heluetos Veldkirchensem, Bleutencensem, & Montem sanctum: atque hæc partim per hæreditatem, partim pecuniâ à Comitibus VVertenbergensibus,Rudolpho,& Alberto; Marchiam denique etiam Taruisinam ab Henrico suo genero cum consensu Imperatoris Caroli IV. obtinuit, Idem p.47. grauia pro eodem bella gessit,& tandem Cafratio, pro magna pecuniæ summa, præcipua loca concedere debuit, bello Heluetio implicatus, Rho 124.p.

CARNIOLA D. Hanc FRIDER.D. Austriæ huic adiunxit, vti Cuspin.in Austria p.42.& per fratrem HENRICVM de Modling, eiusque neptes,& abneptes ad ALBERTVM II. Imp.deriuauit. *Carniola D.*

GALLICIA R. Hanc SANCIVS Maior, vt in Castella dictum,Mauris extorsit, & per FERDIN. filium ad nepotem Garsiam, & hoc defuncto ad huius fratrem ALPHONSVM & filiam huius vnicam,tanquam hæredem aliorum etiam Regnorum ad Adraimundum Tolosæ Comitem eiusque posteros transmisit vsque ad Austriacos. *Gallicia R.*

GRANATA R. Saraceni à FERDINAND.III. Castellæ Rege pulsi,è Corduba & Hispali concesserunt Granatam anno 1216. hinc deinde à Ferdinando VI.eiecti 1494. itaque per filiam hujus JOHANNAM ad PHILIPPVM Austriacum peruenit. Mercator in Andalusia. *Granata R.*

GORICIA COM. *Meinhardus*, qui per ADELHAIDEM Alberti filiam vltimi,post Meraniæ Duces Tyrolis Comes factus duos reliquit filios, ALBERTVM,cui cessit GORICIA,& MEINHARDVM, cui TYROLIS; cum hac conuentione inter fratres, vt ipsi & eorum posteri sibi succederent. Ex hoc itaque factum, vt defuncto Leonardo vltimo Goriciæ Com.sine liberis,Maximilianus I.Imperator, ex fratris Meinhardi posteris natus succederet 1501. Albizius. *Goricia C.*

GELDRIA D. Hanc CAROLVS Audax D. Burg. emit ab Arnoldo de Egmund Geldriæ Duce anno 1372. florenis 92000.cum ZVTPHANIÆ COMITATV, & sexto abhinc mense hæres institutus, cum etiam 1475.GERARDVS D.BERG.& IVLIÆ eidem jus suum cessisset Alb. *Geldria D.*

FRISIA. Per MARGARETHAM filiam Alberti Com. Hol. Han. Seelandiæ & Frisiæ matrem Philippi Boni D.Burg. ad eundem post fratrem Margarethæ VVILHELMVM & huius filiam JACOBAM sine liberis mortuam peruenit,& hinc ad *Austriacos*. *Frisia.*

HANONIA & HOLANDIA, vide *Frisia*. *Hanonia & Hollandia*

ISTRIA. Huius partem LEOPOLDVS *Probus* sicut & FORI JVLII ac TARVISIANÆ Marchæ videtur consecutus ob defunctos D.Meraniæ, horum locorum Dominos &(vti Alb.in Tyrolensibus ostendit) consanguineos,bella multa pro his gessit; sed tandem quibusdam Venetis & Carancio cedere debuit bello Heluetiorum implicatus. *Istria.*

LVSITANIA R. Hæc à Sancio maiore Arr. & Nau. Rege Mauris erepta, per FERDINAND. filium & nepotem Alphonsum huiusq; filiam TARASIAM *Lusitania R.*

RASIAM ad Henricum Lotharingum peruenit, & per huius posteros ad Austriacos, scilicet per ISABELLAM *Carolo V.* in vxorem datam, matrem PHILIPPI II. hic enim vltimi possessoris SEBASTIANI maximè cognatus, ex eodem stipite, descendens ab Henrico vltimo regni gubernatore iudicatus, suum ius armis contra Anthonium Nothum defendit, & LVSITANIAM occupauit.

Limburg. LIMBVRG. Vide *Brabantiam.*

Lutzenburg D. LVTZENBVRG D. Hunc PHILIPPVS Bonus, B. Dux ab ISABELLA filia Joannis Marchionis Morauiæ Patrui sui vidua ex pacto accepit, & ad AVSTRIACOS transmisit.

Murtia, Valentia & Baleares Insulæ. MVRTIA, VALENTIA & BALEARES INSVLÆ. Has JACOBVS I. Rex Arr. à Mauris recepit, & per posteros ad Austriacos transmisit.

Mechlinia. MECHLINIA. Vide *Flandriam.*

Namurcum C. NAMVRCVM C. PHILIPPVS Bonus D. Burg. hunc Comitatum post obitum Theodorici vltimi Comitis hæreditate accepit, & cum alijs ad Austriacos transmisit.

Navarra. NAVARRA. Hanc Sancius maior expugnauit (vide *Castellam*) & per filium GARSIAM huiusque posteros Austriacis reliquit, maxime verò quia BLANCA filia CAROLI *iunioris* R. Nauarræ Johanni II. Regi Arrag. nupsit, cuius filius Ferd. Cath. Regnum deinde defunctâ sorore Leonorâ eiusque coniuge assecutus est.

Neapolis R. NEAPOLIS R. Regnum hoc per ROGARIVM BOSSVM post fratrem Robertum (vt in Sicilia est propagatum vsque ad Conradinum Conradi IV. Imper. filium, hoc verò à Carolo Andium Comite sublato, ipse à Clemente IV. vtriusq; Siciliæ Rex creatus 1265. per Siculas Vesperas Siciliam vltra Pharum perdidit, & hanc Petrus 3. Arra. Rex legitimè ob coniugem accepit. Neapolitanum Regnum ad Johannam I. multis intercedentibus bellis ex parte hæredum Constantiæ filia Manfredi, filij Friderici II. Imp. vtriusque sic veri Regis propagauit. Hæc Illiberis Alphonsum I. Siciliæ Regem adoptauit, atque ita Renato Lotharingiæ Duce etiam adoptato ab ipsa, defuncto, Rex vtriusque Siciliæ factus est: huic in Sicilia, & Arr. frater Joannis II. successit: Neapolitanum vero Regnum per Nothum Ferd. ad tres alios transmisit. Sed à Gallis & Hispanis attriti, legitimis successoribus Ioannis II. scilicet Austriacis per Ferdin. Catholicum Alphonsi ex fratre Joanne nepotem, vti Arr. & Siciliæ Regna reliquerunt Albizius.

Phired. C. PHIRED. C. Hunc Albertus II. D. Austriæ per matrimonium JOHANNÆ, filiæ vltimi Comitis Phiredorum VDALRICI accepit, VRSVLÆ sororis coniugis 8000. Marcarum argenti pro sua portione datis circa annum 1324. Cusp. p. 49.

Sicilia R. SICILIA R. Hæc à ROBERTO VISCARDO & ROGERIO Busso fratribus pulsis Afris occupata est & hic Siciliæ Comes, ille D. Apuliæ & Calabriæ à Nicolao II. Pont. 1059. appellatus, filium reliquit sui *nominis*, qui ab Anacleto PP. Rex Siciliæ factus per neptem Constantiam Monacham ad Henricum VI. Imp. Regnum vtriusque Siciliæ transmisit, hinc deinde per MANFREDVM ex filio FRIDERICO II. Imp. nepotem eiusque filiam CONSTANTIAM, Conradino patruo, & Manfredo ipso à Carolo Andium Com. occisis, post Siculas Vesperas ad Petrum III. Regem Arrag. ab hoc per Mariam abneptem Siciliæ Regnum vltra Pharum ad Martinum II. Arragoniæ Regem propagatum, huic mortuo pater siue Martinus I. successit 1409: vnoque tantum anno vixit, dum dissensio orta inter Ferdinandum Castilionensem ex Leonora sorore huius Martini & filia Petri IV. Arr. natum, atque inter Ludouicum II. Andegauensem coniugem Violantæ filiæ Johannis filij primogeniti Petri IV. Cæremoniosi Arragoniæ Regis & fratris Martini I. Ferdinandus tamen ex compromisso à nouem Iudicibus Rex Arragoniæ & Valentiæ & Siciliæ proclamatus est, tertio Calen. Julij à Vincentio Ferrario Dominicano vno ex nouem Iudicibus, coronatus in æde Sancti Saluatoris apud Cæsarem Augustum 3. Septembris 1412. & per Joannem secundo genitum, eiusque ex filio Ferdinando Catholico filiam Johannam Philippo Austriaco tradidit. Albizius & Hispa.

Styria D. STYRIA D. Hanc LEOPOLDVS *Victoriosus* Neustadij conditor & Ptolomaidis expugnator ac insignium rubrorum mediante Albo Author, Lytro quod à Richardo Angliæ Rege acceperat à genero suo OTTOCARO IV. Styriæ Duce cum consensu Friderici I. Imperatoris emit, & eo defuncto perinde vt Austriam, ad modernos transmisit in coniuge Alberti I. Imper. Albizius & Hier. Henn. Post occisum Conradinum Ducatum Sueuiæ Rudolphus I. filio suo item Rudolpho in feudum dedit.

Sueuia D. SVEVIA D. PRINCIPES tamen TECENSES VVirtenbergenses & Badenses non parum ex ea acceperunt. Albizius.

Seelandia. SEELANDIA. Vide *Frisiam.*

SALINARVM DOMINIVM. Vide *Flandriam.* Has enim etiam LVDOVICVS Malanus habuit, & cum alijs ad BVRGVNDOS per filiam deriuauit.

Tyrolis C. TYROLIS C. Jus in hanc Austriacorum primus ALBERTVS huius nominis etiam primus Imper. acquisiuit per coniugem *Elisabetham* filiam Meinhardi Comitis Goriciensis, cuius pater per ADELHEIDEM filiam ALBERTI vltimi Comitis Tyrolis in vxorem ductam, eam partem consecutus, quæ vltra Prenerum sita est, Vallem Oeni à Comite GEBHARDO Hirschbergensi, cui hæc propter *Elisabetham* alteram Alberti filiam obtigerat, emit anno 1284. Bolsanum Episcopo Tridentino ademit, Oenipontum Duce Morauiæ Ottoni I. à Monasterio VVilthinensi oppignoratum, ex transactione proprium fecit. Porrò re ipsâ Comitatum hunc nepotes Alberti I. acceperunt à Margaretha dicta Maultäschin filia Henrici Ducis Carinthiæ fratris coniugis Elisabethæ dicti Alberti. I. cum enim filius eius MEINHARDVS ex LVDOVICO

BAVARO

BAVARO LVDOVICI I. Imper. filio ſuſceptus, in adoleſcentia extinctus eſſet, & Goricenſes ac Bauari de ſucceſſione digladiarentur, MARGARETHA cum affinibus conuenit Rud. Alb. ac Leopoldo, eoſque viuens in Comitatus poſſeſſionem immiſit 1364. annuâ ſibi penſione reſeruatâ. Viennæ biennio poſt ad Sanctam MARGARETHAM Alba crux plumbea ſuper tumbam Rudolphi pronepotis Rudolphi I. in Crypta Sancti Stephani poſita habet, qui Comitate ſua, Domino ſuo obtinuit Comitatum Tyrolenſem.

VNGARIA R. Vide *Bohemiam*.

MARCHIA TARVISINA & VELDTKIRCH. Vide *Carinthiam*.

ZVTPHANIA. Vide *Geldriam*.

Vlricus à Sueuico fœdere, ob Reu[illegible]lingam expugnatam, omni ſuâ prouinciâ pulſus, per Imp. hac conditione reſtitutus, vt VVirtembergici Ducatum ab Archiduce Auſtriæ beneficiario iure obtinerent, poſſiderentque, fœminæ in eum non ſuccederent, ſed deficiente virili hærede Ducatus ad Auſtriacos deuolueretur, Heutterus anno 1534. p. 477.

* * *

F I N I S.





AD LECTOREM.

PRaclarè dixit, beneuole Lector, Joannes Sarisberiensis lib. 2. c. 12. polycratici. In multis labi, humana infirmitas est; sicut in nullo aliter sentire, quàm se res habeat, angelica ac diuina perfectio. Vnde infirmitatis esse humanæ concludes, quòd varios characterum similitudo ac vocum quarundam transpositio hoc in Arboreto Genealogico crearit errores, qui ne ante oculos eant, hac limâ opus fuit, vt depellerentur. Et quia aliqua seriùs ex quibusdam dominis impetraui, hîc ea judicaui esse subijcienda. Tu ijs fruere & vale.

CORRIGENDA.

Pag. 3. col. 1. lin. 35. 36. pro Romano, lege, Romatico, lin. 39. post, Habsburgiorū dele comma. p. 4. col. 1. lin. 15. 16. à fin. lege, Redux ab hoc bello in patriā, ab Argentinēsibus in ciuilibus suis cōtra Episcopū VVernerū Baronē à Gerolseck dissidijs dux rogatus. lin. 20. à fin. ante Vbi, ponatur punctum. lin. vl. lege, pq; pietatis & liberalitatis officio &c. col. 2. §. HERTMANNVS lege HARTMANNVS. §. HERMANNVS lege HARTMANNVS. p. 7. col. 1. §. Fridericus lin. 9. Gößen al. Gecßen i. e. pauperes morientes. col. 2. §. Vxor Leonora lin. 2. 3. Christophorū n. 1455. m. 1456. 16. Martij. lin. 6. Iohannē n. 1466. m. 1467. lin. 7. mortua 1467 §. Maximilianus lin. 4. 5. lege Mediolanēsis. p. 9. col. 1. §. Maximilianus I. lin. 3. pro sorores, lege sorore. lin. 16. pro 1552. ætatis. lege 1552. 20. ætatis. lin. 21. pro 12. lege 1612. lin. 22. pro hebdomarum lege hebdomadarum. lin. 36. pro natus 13. lege natus 1559 13. Nou. lin. 37. omitte 60. col. 2. lin. 2. p matre lege matrem. §. Ferd. II. lege Ferdinandus, secundus Ferd. I. lin. 7. lege Guilielmi Mantuæ Ducis filiam Annam Catharinam, suam &c. §. Carolus III. lege Carolus, tertius. pag. 10. col. 1. §. Ferdinandus, lin 4. pro Christianam lege Christinam, lin. 8. 1617. pro 1619. lin. 21. lege Imperator anno 1608, 13. Iulij. p. 12. col. 1. §. Gutta, lin. 14. lege fibulæ, col. 2. lin. 2. post arbor dele punctum. pag. 13. col. 1. §. Carolus lin. 2. 3. lege, sed longè frater BERNARDVS celebrior, §. Christophorus lin. 6. pro sosoris lege sororij sui. §. Hæredes Christophori lin. 4. post verbum accipit. Interponantur hæc atque ex Elisabetha filia Friderici V. Marchionis Brandeburgensis genuit Albertum & Elisabetham Gabrieli Salamanco Hispano Ferdinandi Imper. Consiliario & Comiti Ortemburgico in Carinthia creato nuptam; Ex secūda verò vxore N. Nobili à Rosenfeldt Bernardum & Carolum, Margaritham VVolfgangi Comitis Oetingensis, & Annam Caroli Comitis Hohenzollerensis coniuges. col. 2. §. Landgrauij, s lin. 4: pro abnepotem lege abneptem. pag. 14. col. 1. §. Quares secūndum Laziom lin. 31. pro 96. lege 1296. §. 1. Elisabetha lin. 6. Post Annam pone punctum, & in lin. 2. post coniugem pone comma propter sensum. pag. 17. col. 1. §. Agnes lin. 13. pro Chormo lege Chorino, col. 2. lin. 24. pro Actius 1403. lege 405. pag. 18. col. 1. §. Ottoni lin. 3. & 4. lege atque 2. fratribus, ex quibus tres miserè petiere, colum. 2. §. secunda Agnes pro Retinēnsi lege Stetinensi. §. quinta linea 2. post Saxoniæ, dele comma. lin. 14. pro & Brandeburgico lege Electore Brand. §. Franciscus lin. 3. lege natus ei ex Margaretha D. Pomeraniæ AVGVSTVS, & FRANCISCVS CAROLVS &c ex Maria filia Iulij Ducis Brunsuicensis FRANCISCVS ALBERTVS, HENRICVS IVLIVS &c. pag. 20. col. 1. §. Vratislaus lin. 3. 4. lege Damgartipensi anno 1371. suscepto, col. 1. §. Georgius lin. 4. à fine lege BVGSLAI 1580. m. 1637. cū quo tota Ducū Pomeraniæ linea est extincta, pag. 22. lin. 15. lege desponsata pag 24. col. 1. §. fratres, lin. 4. pro Hunfredi Sicambri. lege Honfredo scilicet Duce Glocestriæ Regis Tutore. lin. 5. p pronepos lege pronepos eius, lin. 8. pro factus est lege factus obijt, lin. 10. lege Lancastriæ, §. Margaritha lin. 8. pro ideo proximos lege ideò in proximos. §. Iacobus ex Henrico linea 2. pro trinus lege trimos, linea 7. pro tam lege tum. col. 2. §. Philippus pro Duois lege Dominus, pag. 28. col. 2. §. Iagellonus lin. 1. pro 1140. lege 1386. lin. 2. lege Ecclesiam lin. 16. lege Sendomiriensis deleto sequente commate. pag. 29. col. 1. §. duæ lin. 6. pro Ludouico Mariæ lege Ludouico Maria. lin. 7. pro Maximiliano lege Maximiliani, col. 2. §. Porrò Sigismundus, lin. 2. & 3. à fine, lege CATHARINAM mater &c. pag. 31. col. 1. lin. 14. lege Imperatore. p. 32. colum. 2. §. in Electoratu in fine adde. Filius eius Henricus Fridericus aquis haustus est, pagina 35. colum. 1. §. vxores linea 7. pro duxit lege dedit. col. 2. lin. 10. pro 200000. lege 20000. §. filius lin. 4. omitte Iacoba. pag 36. col. 1. §. Fridericus lin. 9. 10. lege vxores. §. Filius lin. 5. à fine pro III. lege tertius, col. 2. §. Tota. lin. 15. 16. lege primò. p. 37. col. 1. §. prima lin. 5. pro copulata lege copula, col. 2. lin. 10. pro passeuino lege Posseuino §. Fridericus lin. 13. pro Ernesti lege Estensi. §. Tertius lin. penult pro Mariæ lege Maria. pag. 38. col. 1. lin. 1. pro pater lege frater, pag. 39. col. 2. §. Hohenzollerensibus, lin. 1. & 2. lege Habsburgicus, lin. 26. lege Elisabetha, pag. 41. col. 1. lin. 17. dele fuit, col. 2. §. VVilhelmus, lin. 5. lege, fine. §. Ioannes lin. 1. VVirtenbergensi lege VVittembergensis Academiæ, p. 42. col. 2 §. Philippus lin. pen. pro Carolò lege Carolō 5. pag 43. col. 2. lin. 8. à fine, lege Ioannes Georgius, pag. 45. col. 1. lin. 11. pro Obotriti ea Stadensibus lege Obotriti exturbatis Stadensibus Comitibus. vt tradit Bertius lib. 2. *German.* c. 12. in Marchion. & Electoi. Brandeb. serie. pag. 50. §. In arbore, lin. 2. à fine Barata lege Barbara. pag. 54. col. 1. Regina Hisp. pro Isabella lege Henrica, §. Elect. Coloniæ &c. lin. 4 lege Ferdinando, Ernesto Bennone Comitibus &c. pro Elector Sax. lege Electoris Saxoniæ filius Ioh. Georg. & El. Brand. col. 2 §. Dux Pomer lege Duces Pomeraniæ. lin. 2. Pro huius proauiam lege horum abauiam. p. 58. col. 1. §. Asturia lin. pen. pro Arragoniam lege Arragonium. col. 2. §. Alsatia, pro hanc lege Ius in hanc maius. pag. 59. col. 1. lin 7. pro Margaretham lege Martham sepulta. Albic. lin. 10. pro Domino lege Dominio. col. 2. §. Vlricus, pro Reuschlingam lege Reutlingam, in latere vero VVirtembergia.

CORRIGENDA IN ARBORIBVS.

In arbore II. Infra primam Ernesti M. Durlacens. vxorem Elisabetham filiam Friderici Marchionis Brandeburgensis, subijce secundam N. Nobilem à Rosenfeldt. Ex hac enim Carolus filius procreatus. Albic.

In arbore V. Ladislai R. Poloniæ vxor Cæcilia Renata filia Ferdinandi II. Imp. vocanda.

In arbore VIII. VVilhelmo Landgrauio Hassiæ Cassel. Philippi VVilhelmi parenti hoc anno 1637. mortuo adde vxorem Æmilianam C. Nassouiæ.

In arbore IX. Christiani V. Regis Daniæ vxor appellatur Elisabetha filia Ioan. Georgij Elect. Saxoniæ, sicut & Friderici Ducis Holsatiæ Magdalena filia Ioan. Georgij El. Saxoniæ.



ADDENDA.

SVBIICIO NVNC OCVLIS TVIS, BENEVOLE LECTOR, AB ALIIS PRÆTERMISSA, ATQVE A ME TARDIVS INTELLECTA,

In annotatione ad Arborem III.

Harburgici.

TTO Senior natus 1495. 11. Aug. quæ erat antiq. stylo dies Dñca, S. Laurẽtij ferias insequẽs, ex quo genitus, OTTO medius 1528. 25. Sept. Sabbatho ferias S. Michaeli dicatas præcedente. Hic ex priore coniuge *Margaretha* filia Ioannis Henrici Comitis Svvartzenburgici viduâ de Gera Anno 1551. 8. Septem. ductâ, procreauit ELISABETHAM 1553. 18. Sept. inter 11. & 12. horã noctis, *Erico* Comiti in VVisenburg & Dño in Ritboholm 1582. 25. Iun. nuptam an. 1617. mort: OTTONEM HENRICVM 1555. 16 Iunij h. 7. ante mer. PHILIPPI ex coniuge *Maria* Comite Bossovv parentem, in reditu ex Hispania, maris tempestate 15. Oct. 1591. suffocatum, vxore & filio breui post extinctis: IOANNEM FREDERICVM 1557. 18. Martij mane inter 1. & 2. sed an. 1619. 21. Febr. cœlibem defunctum, in cuius partu mater 18. Martij 1557. extincta est. Ex posteriore coniuge *Hedvvige* Comite Frisiæ orientalis 8. Nouembr. 1562. ducta genuit VVILHELMVM 1564. 15. Martij: ENNONEM 1565. 1. Decembris, sed post paucas hebdomadas emortuum: ANNAM MARGARETHAM 1567. 15. Martij etiamnum Præpositam in Quedlinburg: HENRICVM 1568. 20. Aug. die Veneris circa 7. vespertinam, & interiectis aliquot hebdomadibus extinctum; HEDWIGEM 1569. 2. August. inter 8. & 9 vespert. mortuã 1620. 6. Mar: CHRISTOPHORVM 1570. 21. Aug. post 8. vespert. qui ductâ 18. Octobr. 1604. *Elisabetha* Duce Brunsvvicensi & Lun. viduâ Adolphi Comitis Holsatiæ Schovvenburg, nouam arcis Harburgensis structuram visurus, improuiso præcipitio extinctus fuit 1606. 7. Iulij; fatis concedente vxore 24. Nov. 1618: OTTONEM *Iuniorem* 1572. 20. Martij nuptias cum *Hedvvige*. Duce Brunsvvicensi & Luneb. 1621. 15. April. in arce Wolffenbutanâ celebrantem; IOANNEM 1573. 19. Iulij; cælibem 1625. 27. Februarij denatum: ELISABETHAM 1574. 1. Dec. med. 8. matutinæ, ac sequenti anno 2. Iulij defunctam: CATHARINAM SOPHIAM 1577. 6. Maij quadrante ante 10. vespert. nuptam ann. 1609. *Hermanno* Comiti Holsatiæ Schavvenburgico, sed 15. Decembr. inter 4. & 5. vespert. 1634. Illiberi mortuo. FRIDERICVM 1578. 6. Septem. 11. noctis, qui in prælio Liuoniensi, iuxta Kerckesholm à Carolo Sueciæ rege 1605. suscepto 17. Sept. periit, VVittoviæ in Curlandia sepultus: & FRIDERICVM AVGVSTVM 1580. 18. Febr. quadrante ante 3. Matut. at sequente 27. Maij defunctum. Demum *Otto* medius horum 15. liberorum parens 20. Octob. 1603. Harburgi inter 11. & 12. noctis in fata concessit. *Vxor* ipsius 12. prolium genitrix in arce Wösburg 4. Dec. 1616. circa 11. merid. expirauit.

Superstites principes Harburgici cum Cellensibus & Dannebergicis 14. Decembr. ann. 1635. de hæreditario Friderici Vlrici vltimi Ducis Wolffenbutani defuncti feudo ita conuenerunt; vt Dannebergici VVolffenbutanum, Cellenses Calenburgicum obtinerent Ducatum; Harburgici verò, quibus iure debebatur principatus VVolffenbutanus (eo quod ipsi à seniore fratre Ottone, vtpote anno 1495. nato; reliqui Danneb. & Cellenses ab Ernesto 1497. 13. Iunij in hanc lucem edito essent procreati) quia illiberes, iure suo cesserunt, acceptis Comitatibus Reinstein, Blanckenburg, & superiori parte Comitatus Hoyensis, ita vt ipsis stipulantibus Dannebergici soluerent redituum Ducatus VVolffenbutani excrescentium mercedem.

Ad Arborem VIII.

OANNES VVILHELMVS natus 11. Martij 1530. h. 3. m. 5 c. ante mer. fundauit vna cũ duobus fratribus IOANNE FRIDERICO II. & IOANNE FRIDERICO III. Academiam Ienensem, in cuius inauguratione 2. Febr. 1558. *Ioannes Fridericus* II. perorauit. Ipse verò Ioannes VVilhelmus 24. Ian. 1564. eam maioribus priuilegijs locupletauit; cùm antè 15. Ian. 1560. *Dorotheam Susannam* filiam Friderici III. Comitis Palatini Heidelbergæ duxisset, ex qua procreauit 25. Apr. paulo ante merid. 1. 1562. FRIDERICVM VVILHELMVM. 2. 1563. 7. Sept. SIBYLLAM MARIAM 1569. 20. Feb. mortuam. 3. 21. Maij quadrante ante 5. mat. 1570. IOANNEM. 4. 1571. 7. Ian. MARIAM. Ipse parens obijt 2. Mart. 1573. Coniux verò ipsius 29. Martij 1592.

FRIDE-

Saxones Altenburgici.

FRIDERICVS VVILHELMVS, modernorum ALTENBVRG. Genitor ex *Sophia* filia Christophori Ducis VVirtembergensis Teccensis 5.Maij 1583. ductâ suscepit 1. 27. April. secundùm Reusner. at secundùm Adamum Remp Wimar. Superintendenté 8.Maij ante 12.noct.1584.DOROTHEAM MARIAM,28.Aug.1586.mortuam; 2. 30.Iun.1585. IOANNEM GVILIELMVM, 23.Ianuarij 1587. defunctum. 3. 29.Sept.1586. FRIDERICVM, 20.Iun. 1587. extinctum. 4. 1587. 19. Decembr. DOROTHEAM SOPHIAM,5.1589.31. Mart.ANNAM MARIAM.6.21.Iul.1590.filiolū ἀνώνυμον in partu cum matre mortuum. Deinde 29.August.1591.Coniugio sibi iunxit *Annam Mariam*, filiam Philippi Ludouici Comitis Palatini & Annæ D.Iuliacensis,nepté VVolffgangi Comitis Palatini,ex quâ progenuit 1597. 25.Ian.h.6.mat. IOANNEM PHILIPPVM, DOROTHEÆ ex *Elisabetha* filia Henrici Iulij,Ducis Brunsuicensis parentem; 1599.FRIDERICVM in pugna Stadlonensi 5.Aug.1623. à Tillio captum; 1600.IOANNEM VVILHELMVM,qui in Silesia perijt;1602. FRIDERICVM WILHELMVM, quo anno ipse parens FRIDERICVS VVILHELMVS 7.Iul.obijt.

Saxones VVimarienses.

IOANNES alter, Ioannis VVilhelmi filius,VVIMARIENSIVM modernorum propagator, ex *Dorothea Maria* Ioachimi Ernesti Principis Anhaltini filia 7.Ianuar. vti bene tradit Reusnerus Consiliarius Saxonicus in Stemmato VVidichindæo Ienæ impresso (non verò 27.Dec. vt vult VVolffgangus Kilianus) ann.1593.ductâ.1.1594. 21.Febr.inter h.9. & 10.matut.IOANNEM ERNESTVM, qui prælio Pragensi 1620. interfuit, ac postea 1626. mense Februario Osnaburgum oppugnauit. Inde VVidenburgum hora 6. matutina cepit, mox arcem Furstenauiam dedi sibi postulauit. 2. IOAN. GVILIELMVM 6.Apr.1595.statim post baptisma defunctum.3.1596. 1. Martij FRIDERICVM. 4.1597.31. Mart.inter h.6.& 7.mat. IOANNEM, ab alijs omissum,at à Reusnero *in Stemmatographia domus Saxon.* notatum.5.1598. 11 Apr.VVILHELMVM,*Dorotheæ* Ioannis Philippi Altenburgici sororis, Coniugem 5. Aug.1623. in pugna Stadlonensi captum.6.1599. 27.Iulij ALBERTVM 7. 1600. IOANNEM FRIDERICVM. 8. 1601. ERNESTVM *Dorotheæ*, filiæ Ioannis Philippi Ducis Altenbergensis 1637. ductæ,coniugem.9. 1602. PHILIPPVM VLRICVM, qui cum abhinc circiter annis 12.armatus totus incubuisset,à morte fuit expugnatus.10.1603.7.Feb. FRIDERICVM VVILHELMVM in fronte cæruleum ex venis Crucis signum gestantem;mortuum 1619. 16. Aug. 11.1604.6.August BERNARDVM, adhuc militantem.12. IOHANNAM POSTHVMAM progenerauit.





